Einladung

zu der

öffentlichen Prüfun

der

obern Classen des Raths-Gymnasiums,

welche am

Donnerstag, den 17. März, von 9 Uhr Morgens an

im

Hörsaale des Gymnasiums

Statt haben wird.

Inhalt: Eduard

1. Commentatio de Alcestide Euripidea. Scripsit E. Buchholz, Dr. phil.
2. Schulnachrichten aus dem Schuljahr Ostern 1863 bis dahin 1864. Vom Director.

Osnabrück.

Druck: Kislingsche Buchdruckerei.

1864.

Commentatio de Alcestide Euripidea.

Scripsit **E. Buchholz**, Dr. phil.

---

§. 1. **Mireris forsitan, benevole lector, quid sit, quod post Glumios, Koechlyos, I steinios quaestionem de Alcestide denuo tractem, quum praesertim post messem a s ne spicis quidem legendis locum reliquisse illi videantur. Neque tamen desunt, unde tionem quandam petere posse mihi videar. Primum enim consentaneum est quaestiones gicas, intricatiores praesertim, nisi subinde, at interdum saltem, denuo in medium prof quidem, ut cum immensa rerum scriptorumque silva, quam philologi congesserunt, conspectu ponatur, tum, si quid novi accesserit, id accurate examinetur cumque priorib tentiis diligenter conferatur, quia sic demum fieri poterit, ut res contorta atque difficilis aliquando clara et perspicua evadat. — Deinde omnis hujusmodi disputatio, quaequae varia et multiplex esse videtur, ut difficile sit toti quaestioni abunde satisfacere nec q intactum relinquere; quid? quod unice vera disputandi ratio ea est, ut eadem res quam modis versetur et quasi undique pertentetur, quia tum demum plena atque perfecta affertur. Accedit, quod et propria indoles et historia critica Alcestidis eo usque mira a laris est, ut jam hac de causa digna sit, quae iterum ac tertio exquiratur.**

§. 2. **Nam, quod permultis veterum poetarum fabulis accidit, ut judices critici al de iis existimarent, id imprimis Alcestidi Euripideae accidisse documento est larga ill torum copia, quae inde ab omni tempore de ea confecerunt philologi. Horum igitur se quum miro modo inter se differre viderem, operae pretium duxi paullo accuratius eas tari et, ut ita dicam, ad obrussam exigere, exactas inter se comparare, ut, quae tan veritatem proxime accederet, inde cognoscerem, neu amplius de vera fabulae indol haesitarem. Quanquam longius haec singula persequi non hujus est loci; nunc satis h fabulae indole ac personis accuratius exponere, ita tamen, ut de critica, quam vocant, deque Wagneri sententia, quam operae pretium est diligenter examinare, nonnulla pra Sed videamus.**

§. 3. **Non uno nomine a plerisque fabulis differt Alcestis Euripidea; nam singularis est oeconomia, singularis, quam exhibet, personarum descriptio, singularia denique fata, c criticorum studiis sortita est. Quae quidam fata tam nova esse videntur et inaudita, ut**

parte vix ulla fabula cum Alcestide comparari possit. Nam plura per saecula crassis tenebris quasi circumfusa jacebat; ambigebant critici, quid tandem de mira hac fabula faciendum esset; immo tantopere haesitabant, ad quod potissimum dramatum genus eam referrent, ut nunc tragicocomoediam, nunc drama satyricum, nunc tragoediam, nunc *δρᾶμα μικτὸν*, nunc denique recentiorum more merum spectaculum nuncupatam eam vellent. In mediis his rerum difficultatibus nescio quo caeco casu derepente factum est, ut pusillulum scholion novam atque vixdum exspectatam lucem obscurae et fere conclamatae causae afferret. Dindorfius enim fragmentum illud didascalicum in codice aliquo repertum in lucem edidit,[1]) in quo est Alcestin non secundo aut tertio, id quod olim voluit G. Hermannus[2]), sed quarto potius tetralogiae loco actam esse[3]). En solutionem aenigmatis, quod per tot saecula Oedipum suum desideraverat! En totius rei explanationem, quae omnes difficultates statim tollit, deque fabulae indole omnem scrupulum nobis evellit! Hinc enim explicatur comicus quidam ejus color, quem et ipsos veteres agnosse scimus[4]); hinc similitudo, qua hic illic ad dramata satyrica accedit[5]); hinc singularis rerum tragicarum comicarumque mistio, quam olim critici vehementer mirati sunt, nec satis quiverunt interpretari. — Sed ad haec infra redibimus; nunc ad ipsam quaestionem accedamus, quae quidem quadripartita est. Nam totam commentatiunculam ita dispertire juvat, ut primo capite de historia critica Alcestidis paucis enarrem, altero Wagneri sententiam examinem, tertio de indole fabulae agam, quarto denique de personarum descriptione in Alcestide exhibita explicem. Haec igitur deinceps persequi liceat.

Caput primum.

Historia critica Alcestidis fabulae.

§. 4. Catalogum eorum, qui de Alcestide conscripserunt, ita disponere fas est, ut a superioribus criticis profecti ad recentiores pergamus. Primum igitur Brumoeum in censum retulerim, qui in Graecorum Theatro Alcestin quoque Francogallice reddidit[6]). Ac primum Euripidem fabulam suam eo consilio composuisse statuit, ut manere sua praemia virtutem, ornari a diis amorem conjugalem atque amicitiam luculenter doceret[7]). De qua „idea" utrum poeta reapse cogitarit, nec ne, haud satis scio. Deinde fabulam reprehendit ille, quod Graecam simplicitatem exhibeat, Romanorum et Francogallorum magnificentia careat. Quod judicium sibi habeat Gallus, cujus ridiculum tumorem jure castigavit Wagner[8]), et hodie quilibet unus ridebit. Nam ecquem adeo amentem esse credis, qui post Lessingios tale quidquam probet? —

---

[1]) Exstat hoc fragmentum in Dindorfiana Alcestidis editione. — [2]) Vid. dissertationem Monkianae editioni praemissam. — [3]) Mirum est nec ullo modo probandum, quod fuit qui conjiceret, in fragmento illo didascalico nomina quattuor fabularum locos mutasse meroque librarii errore Alcestin extremum tenere. Cf. Duentzer in: Neue Jahrbb. für Phil. u. Paed. 5. Suppl.-Bd. p. 203 infr. — [4]) Fragm. didasc. apud Dindorfium: *τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν κατασκευήν.* — [5]) Argum. Alcestidis: *τὸ δὲ δρᾶμα ἐστὶ κωμικώτερον.* — [6]) Théatre des Grecs. To. 6. p. 381 sqq. — [7]) Cf. Alcest. ed. Wagner. p. 10. — [8]) Ibid. p. 25.

Verius est, quod in sequentibus ait Brumoeus, ex nonnullis scenis „familiaritatem“ redolere, quae propius ad comoediae levitatem, quam ad tragoediae dignitatem acced injuria explosit Wagner l. l., qui et ipse ut illis temporibus in dijudicanda Alcestid aberravit. Sed ad Wagnerum ejusque sententiam infra redibimus.

§. 5. Sequitur, ut Brumoei popularem, Hedelinum, commemoremus, qui Alces ricam tragoediam esse putabat[1]). Cui quanquam obloquitur Wagner[2]), tamen confiter Hedelini sententiam non ita absurdam esse; nam prior Alcestidis pars, praesertim u bunda mulier in scena apparet, si quid aliud, tragica est, posterior contra, in qua com culis persona prae ceteris eminet, ad dramatum satyricorum similitudinem aliquatenus Itaque quum fabula partim tragica, partim satyrica sit, non ita inepte cum Hedelino s tragoediam eam nuncupare possis. — Aliter Lessingius, qui Alcestin merum drama s esse arbitrabatur. Quod idem ante eum statuerant d'Aubignac[3]) et Denina[4]). Ho refellere studuerunt Spanhemius[5]) et Buhlius[6]), qui Alcestin ex dramatum satyricorum ideo potissimum eximendam putabant, quod Sileni Satyrorumque in ea deessent parte idem, ut recte Eichstadius annotat[7]), in Bacchas Euripideas cadit, quas in dramatum saty numero habuit Brumoeus[8]). Nam in his itidem partes illae desiderantur.

§. 6. Porro huc pertinet Wielandus, qui argumentum Alcestidis retractando cognominem fabulam confecit, regulasque ac normas, quas in hac re secutus sit, accu plicuit. Ac primum Euripidi vitio vertit, quod devotionem Alcestidis rem notissimam omnes pervulgatam fecerit[9]); hinc enim factum esse ait, ut in fabula Euripidea trag scena aegerrime desideretur, in qua mulier sponte ad mortem se offerat. — Alterum pe quod Euripidi exprobrat, ad Herculis personam pertinet, quam Jovis filium parum dece set[10]). Nam verum Herculem nobilissimum heroem esse atque cothurno apprime d hunc Euripideum autem rusticum nebulonem esse videri, qui vel in vulgari hominum co dine hebetem se praebeat et rudem. Sic vero fit, ut Wielandi curis longe alia Herculis] evadat, non satyrica illa aut comica, sed heroica vereque tragica. Quam longe tamen in hendendo poeta a vero aberraverit Wielandus, vix est quod exponam. Nam tragoediam s Euripides omnino noluit; immo id egit, ut medium quoddam proferret inter tragoediam moediam, quod ab utraque pari intervallo distaret. Quod si verum est, primum ei ca erat, ne Alcestin clam ceteris, Admeto praesertim, se devoventem faceret. Nam si clam c se devoveret Alcestis, immerito calamitatem perpeteretur ideoque persona tragica ess metus. Admetus autem? Immo vero etiam tota posterior fabulae pars tragica evaderet, i fabula in tragoediam abiret. De qua re infra paullo accuratius dicemus. — At Euripides jam diximus, teste scholio Vaticano tragoediam scribere plane noluit. Itaque Wielandus

1) Prat. du théatre. 2, 10. — 2) L. l. p. 9. — 3) Prat. du théatre. p. 127. — 4) Staats- und Ge gesch. Griechenlands. Vol. II. P. I. p. 72. vers. Dau. — 5) Sur les Césars de Julien, et sur les ouvrag riques des anciens (ad calcem libr. Casaub. a Rambachio denuo edit. Hal. 1774). p. 342. — 6) De fab Gr. Gott. 1787. p. 14. — 7) De dram. Graecc. com.-satyr. p. 70. not. 112. — 8) Théatr. Grec. To. 8. (nov. edit.). — 9) Sämmtl. Werke. (nov. edit.). To. 35. p. 152. — 10) Ibid. p. 153.

falso accusavit. — Nec minus de Alcidae persona perperam judicavit [1]). Nam quum Euripides fabulam conscribere vellet, quae in dramatis satyrici vicem sumeretur, non potuit quin Herculem talem depingeret, qualem reapse depinxit. Duplex enim Hercules internoscendus est: alter fortis, nobilis, generosus; alter ridiculus, rusticus, satyrorum similis. Et illum quidem tragoediarum, hunc dramatum satyricorum scriptores tractandum sibi sumserunt. Est autem Alcestis instar dramatis satyrici. Itaque inepte fecisset poeta, si pro Hercule, ut ita dicam, satyrico alterum illum tragicum substituisset aut, quod eodem redit, si huic fabularum generi obtrusisset, quod neutiquam ei competeret. Ergo Wielandus poetam sine causa vituperavit. Quanquam non ita graviter id tulerim; immo inscitiae ejus facile ignosco, nec dubito, quin longe aliter judicasset ille, si scholion istud, quod fabulae nostrae lucem demum attulit, cognoscere per fatum concessum ei fuisset.

§. 7. Venio nunc ad Wagnerum et Eichstadium, quorum judicia plane eodem redeunt. Uterque enim Alcestin ad earum fabularum genus accedere censuit, quas, inde ab Ifflandi temporibus a nostratibus usu receptas, dramata *κατ᾽ ἐξοχὴν* seu spectacula recentiores nuncupare solent [2]). Nec in Alcestide acquievit Eichstadius, sed ad idem genus retulit Euripidis Bacchas, Orestem, Iphigenias, Andromachen, Aeschyli Persas, alias hujusmodi fabulas [3]). Hanc tamen sententiam jam ideo reprobandam arbitror, quod dramata illa ut plane nova et nostris demum temporibus inventa parum huc quadrant. Quippe veteribus plane ignota erant, idque non solum quod ad nomen attinet, ut ait Wagner l. l., sed etiam quod ad ipsam rem. Inque primis Alcestidi, quantum ego sapio, cum illis recentiorum spectaculis adeo nihil commune est, ut tota comparatio misere vacillet et claudicet.

§. 8. His igitur missis ad ceteros pergamus, qui de Alcestide fabula sententias suas aperuerunt. Et ut Goethium reticeam, qui non tam ostendit, qualis sit Alcestis Euripidea, quam viam monstrat, qua vera tragoedia evadere possit [4]), ad Hermannum transeo qui secundo aut tertio tetralogiae loco eam actam esse opinabatur [5]). Idem de personis fabulae sic statuit [6]): Alcestide excepta nullam talem esse, qualem tragoedia flagitet; Herculis personam utique necessariam videri, in qua una robur et, ut ita dicam, nervus fabulae appareat; qua quidem sublata nihil nisi flebile carmen restaret, elegiae similius illud quam tragoediae; litem inter Pheretem et Admetum a tragoedia alienissimam atque *κατ᾽ εὐχὴν* spectatorum Atheniensium conscriptam esse, quibus hujusmodi rixae et jurgia mirifice in deliciis fuerint; nec deesse fabulae, quae vituperanda sint: ineptissimum esse, quod Admetus ajat, defunctae uxoris simulacrum perficiendum curare se velle inque lectum suum recipere [7]); postremam scenam, quae in Herculis et Admeti diverbio cernatur, ita dumtaxat excusari posse [8]), ut Euripidem, qui mero novandi studio duci se passus saepe a superioribus recesserit, identidem inventis suis parum

[1]) Cf. Koechly, die Alcest. des Eur. in: Prutz, literarhist. Taschenb. 1847. p. 362. — [2]) Vid. Wagner, de Alcest. Eur. comment. Edit. Alcest. p. 11. — [3]) De dram. Graecc. com.-satyr. p. 70. not. 112. — [4]) Cf. Koechlyus in: Lit. Tasch. ed. Prutz. 1847. p. 364. — [5]) Dissert. Monk. edit. praemissa. — [6]) Praef. ad edit. Alc. 1824. — [7]) Ibid. p. XI. — [8]) Ibid. p. XII.

apta et commoda immiscuisse statuamus. Hoc Hermanni judicium ut illo tempore satis fuisse quivis videt, recteque dicit Koechlyus, antequam scholion illud innotuerit, in diju Alcestide vix et ne vix quidem longius potuisse procedi.

§. 9. Sequitur, ut Duentzerum commemoremus, qui id dramatum genus, ad qı cestis pertineat, percommode *δράματα μικτὰ* nuncupat [1]). Actionem autem fabulae on tragoedia abhorrere ait [2]). Quod vero idem sibi persuasit [3]), poetam Alcestin eo poti consilio conscripsisse, ut neminem libenter mori luculenter demonstraret, id quider invidia dicenti!) prorsus nihili est; neque enim toto dramate opus est ad tale quid do Haud ineptius profecto quispiam dixerit Prometheum eo consilio ab Aeschylo esse cons ut neminem libenter Caucaso affigi dilucide ostenderetur. Lubricum est autem quaequae est, talem ideam, quam vocant, obtrudere, de qua poeta vix cogitavit.

§. 10. Praeter eos, quorum hactenus mentionem feci, imprimis in censum ven mius [4]), quem optime ac summa diligentia de Alcestide explicuisse ex Witzschelii pra ad editionem fabulae intelligitur. Eo magis autem dolendum mihi est, idem mihi accidiss aliis quoque accidit, ut libelli hujus Glumiani nanciscendi copia mihi non facta sit. Sati habeo ejus mentionem facere eosque, qui de commentationis argumento certiores fieri ad Witzschelium et Firnhaberum [5]) delegare, quorum uterque de eo disputavit. — Ne copia mihi facta est perlegendi, quae de Alcestide disputarunt Bremius [6]) et Bendixen [7]).

§. 11. Ceterum ne post repertum quidem scholion Vaticanum defuerunt, qui ad tr Alcestidis indolem redirent hancque acriter defendere conarentur. Huc pertinet Firn qui contra Glumium probare studet cum fabulae mythum, quem vocant, per se cothurn simum esse, tum ne Euripideam quidem fabulam a tragoediae normis ac legibus abho Quorum alterum concedimus, alterum negamus. Nam facile poterat poeta, dummodo v fabulae oeconomiam ita instituere, ut puram putam tragoediam componeret, ita quidem, cestin inscio marito se devoventem faceret moresque Admeti meliorem in partem paulul taret. Sed neglexit id Euripides aut, ut rectius loquar, sic facere noluit. Itaque altera il haberi sententia, qua Alcestin tragoediam esse statuit, per se ad nihilum recidit. Sed accuratius infra videbimus. — Ceterum arbitror Firnhaberum (bona celeberrimi viri ven rim) pro eximio suo poetae amore nimia indulgentia usum esse, qua tamen eo citiu nere poterat, quia non tam per errorem lapsus est Euripides, quam prudens sciensque suam talem esse voluit, qualem nunc in manibus habemus. — Ex iis, qui novissimo similiter statuerunt itidemque Alcestin tragicam potius quam comicam aut satyrica runt, Prellerum commemorare juvat. Euripides, inquit [9]), hat keinen Anstand gen selbst in seine sonst tragische Alcestis einen solchen Auftritt des lärmend ze

---

[1]) De Euripidis Alcestide. In: Neue Jahrbb. für Phil. u. Paedag. 5. Suppl.-Bd. p. 192 sqq. — p. 195 infr. — [3]) Ibid. p. 196 med. — [4]) De Euripidis Alcestide commentatio. Scripsit Frid. Guil. Glu Enslin, 1836. — [5]) Zeitschr. für Alt. 1837. p. 411 sqq. — [6]) Schulzeit. 1829. n. 48. — [7]) De Alcest pidis. Progr. Altonae 1851. — [8]) Censur. dissert. Glumianae. Zeitschr. für Alt. 1837. p. 417. — [9] Mythol. To. 2. p. 187.

Herakles einzuschieben. — Quasi tragica essent Pheretis et Admeti jurgium, Admeti ludificatio, qua glaucomam ei objicere studet Alcides, ac, si diis placet, totus alterius hujus partis color. Scilicet haec omnia ad comoediam potius accedunt.

§. 12. Sequitur, ut O. Muelleri mentionem faciam, qui de Alcestide, ut solebat, commode dixit [1]). Ac censet ille fabulam nostram, quae non uno nomine nova sit ac mira, tragicocomoediam potius, quam tragoediam oportere vocari; multas scenas eo usque comicas esse, ut nativa antiquae poeseos ruditas aut, ut lenius dicam, simplicitas ad excusandas eas nullo pacto sufficiat; praeterea fabulae brevitatem ac simplicem oeconomiam, qua duos tantummodo actores requirat, documento esse e tragoediarum numero eam non posse non eximi; eandem tamen, qualis nunc sit, efficere, quod ut efficeret poeta optavit, ut spectatorum animi a tragoediae severitate pedetentim ad hilaritatem transducantur.

§. 13. Venio ad Koechlyum, quem omnium ingeniosissime salsissimeque de Alcestide conscripsisse facile concedes. Summa autem commentationis Koechlyanae [2]) haec est, ut primum priora, quae ad Alcestin pertinent, scripta recenseat et examinet, deinde singulas fabulae partes enarret et explicet. Quod quidem tanta festivitate et dicacitate fecit, ut tota ejus disputatio mirifice delectet, et hac ex parte nihil sit quod desideretur. Tamen diligenter cuivis cavendum est, ne hic illic a Koechlyo in errorem inducatur, neu verba ab eo sibi dari sinat. Nam, ut recte animadvertit Rauchensteinius [3]), identidem in majus rem extollit in pejusque mutat, atque omnia pariter in risum vertere studet, quo fit, ut, quam fabulam pro Euripidea venditat V. Cl., ea reapse ab Euripidea diversa sit. His tamen exceptis confitendum erit Koechlyum rem suam praeclare gessisse eundemque demonstrasse, quod demonstrare voluerit, Euripidem Alcestidis auctorem consulto cogitateque novum dramatum genus condidisse, aut, ut lenius dicam, novas res quaesivisse, ita quidem, ut pro Satyris Silenisque personas quasdam maxime inficetas deque medio sumtas substituerit iisque opposuerit praeclaram heroinae personam. Sed ad haec infra redibimus.

§. 14. Restat, ut Rauchensteinii mentionem faciam, qui de Alcestide caute ac prudenter judicium fecit, et ita fecit, ut medium quoddam teneret, quod inter nimium esset et parum [4]). Inque primis id ille egit, ut nonnullis locis Koechlyum refutaret, quem in falsum quaedam auxisse ait; fabulam autem nec comoediam nec tragoediam [5]), sed ut ita dicam, in medio sitam esse. Wir halten die Alcestis, inquit, für ein leicht gebautes, nicht tief berechnetes, auf flüchtigen und augenblicklichen Genuss abzielendes Schauspiel, das reiche Situationen enthält, die leicht und in gefälligen Abwechslungen und Contrasten aus einander gehen. Auf Unterhaltung ist es gänzlich abgesehen und eingerichtet. — Cui sententiae eo libentius subscribo, quod cum iis, quae infra de Alcestide disputaturus sum, egregie concinit. Sed de his hactenus.

---

[1]) Gesch. der griech. Liter. To. 2. p. 157. — [2]) Die Alcestis des Eur. In: Literarhist. Tasch. Ed. Prutz. 1847. p. 361. sqq. — [3]) D. Alcest. des Eur. p. 4. — [4]) Die Alcest. des Eur. als besondere Gatt. des griech. Dramas. Aarau, Sauerländer. — [5]) Ibid. p. 15 med.

Caput secundum.

De Wagneri sententiis.

§. 15. Non a re proposita alienum duxerim, priusquam ad summam hujus quaestionis dam, de Wagnero strictim disputare, quippe qui ut illo tempore de Alcestide haud inscite suerit inque dissertatione sua [1]) non pauca tetigerit, quae in fabula dijudicanda operae pr est respicere. Est autem haec dissertatio quinquepartita: et prima quidem parte [2]) de argun altera [3]) de ipsa fabula, tertia [4]) de moribus personarum, quarta [5]) de iis, quae no monuere contra Alcestin, quinta [6]) denique de iis, qui in eodem argumento elaborarun explicuit. Ex his igitur ea consideranda eligere liceat, quae majoris momenti esse videntu

§. 16. Quo munere jam ita defungar, ut statim ex media commentatione arripiam, imprimis huc faciunt. Primum autem ea in medium proferre juvat, quae de moribus Adm indole fabulae disputavit Wagner, ita quidem, ut ad Aristotelem potissimum provocaret. „ „vus est,“ inquit [7]), „Admetus; haec ignavia, hic mortis timor est *ἁμαρτία*. — — — „quum ita sint, agnoscet quivis mores Admeti tragicos ex parte, modo sequatur etiam „*ἁμαρτίαν* miseria necessario cum ea conjuncta in catastropha.“ Referenda sunt autem verba ad locum Poetices Aristoteliae [8]), ubi est: *ὁ μεταξὺ ἄρα τούτων λοιπός· ἔστι δὲ τ τος, ὁ μήτε ἀρετῇ διαφέρων καὶ δικαιοσύνῃ, μήτε διὰ κακίαν καὶ μοχθηρίαν μεταβά εἰς τὴν δυστυχίαν, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίαν τινά, τῶν ἐν μεγάλῃ δόξῃ ὄντων καὶ εὐτυχίᾳ· Ὀιδίπους καὶ Θυέστης καὶ οἱ ἐκ τοιούτων γενεῶν ἐπιφανεῖς ἄνδρες.* Ac paullo infra: *ἀι ἄρα τὸν καλῶς ἔχοντα μῦθον — — — μεταβάλλειν ὀυκ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυστυχίας, μὴ μοχθηρίας, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίαν μεγάλην, ἢ οἵου εἴρηται, ἢ βελτίονος μᾶλλον ἢ χείρο* Ad haec igitur Wagneri sententiam accurate exigamus.

§. 17. Significat autem Aristoteles his, quae transscripsimus, verbis primariam trago personam fieri posse, si quis magna gloria et felicitate utatur, nec propter pravitatem au quitiam, sed propter magnum aliquod peccatum in calamitatem incidat. Jam quaeritur: u ad Admetum id quadret, nec ne? Et quod ad priorem conditionem a Stagirita propositam at huic quidem satisfacit rex Pheraeus, quatenus summam dignitatem tenet, prosperrimaque tuna adhuc usus est; alteri non item. Videamus enim, quid rei sit. Causa calamitatis incred Admeti ignavia est; hinc illae lacrymae! Sed, quaeso, statuendumne erit, hanc ignaviam, tanquam labes homini inhaeret ac mores contaminat, meram *ἁμαρτίαν* esse, nil amplius? arbitror. Nimirum vox *ἁμαρτία*, quae est ab *ἁμαρτάνειν*, significat id, quod quis peccat, que, ni egregie fallor, apparet Aristotelem de singulari aliquo errore peccatove loqui, homo alioquin non ita malus committat. Quippe disertis verbis dicit philosophus primam fa personam nullo pacto pravam aut inprobam esse debere; immo, si optio detur, paullo meli eam esse mavult quam pejorem (*βελτίονα μᾶλλον ἢ χείρονα*). Aristotele judice poetae

---

[1]) De Alc. Eur. commentatio. Vid. ejus edit. p. 3—37. — [2]) P. 3. 4. — [3]) P. 4—18. — [4]) P. 1
[5]) P. 24—29. — [6]) P. 29—37. — [7]) L. l. p. 9 infr. p. 10 supr. — [8]) C. 13.

genter cavendum est, ne personam tragicam pejorem reddat, quam nos homines esse solemus. Immo nostrae, ut ita dicam, farinae esse debet, ita ut nobis aut aequalis aut certe similis videatur [1]). Quid ita? Quippe quod ex hac demum aequalitate vel similitudine, qua ei velut cognati esse nobis videmur, nascitur metus, ne idem nobis accidere possit quod illi. Hic denique timor quasi parens est misericordiae, quam commovisse summa tragoediae laus est [2]).

§. 18. Jam quaestio exsistit: num his praeceptis Aristoteliis Admeti persona respondeat? Vitio autem ei vertenda est, quemadmodum iterum ac saepius dixi, ignavia. Quid vero? Num is, qui lento pectore praeclaram uxorem prodit, scilicet ut se servet, neu ipse ex vita egrediatur, per purum putum errorem labi putandus est? Vix credo. Immo tantum abest ut ignavia ista pro mero peccato habenda sit, ut tanquam nota in omne tempus homini inusta cum eo velut coaluisse videatur ac perpetua et sempiterna labe eum afficiat. Itaque non temporarius animi motus Admeti ignavia est, sed in medullis ejus et visceribus haeret; non semel misellus homo sic peccavit, sed, si res ita ferret, iterum ac tertio idem delinqueret. Nam, ut recte ait Koechlyus [3]), mero vitae amore movetur; cetera postponit omnia. — Nonne igitur is, qui tam foedissima macula contaminatus est, homo pravus habendus erit? Certe sic statuunt Graeci, in quorum sermone vox *κακία* ex asse respondet Latinorum i g n a v i a. Ergo ignavia est *κακία*. — Jam vero aurem vellicat Stagirites: *ἔστι τοιοῦτος* (scil. *τραγικός*), inquit, *ὁ μὴ διὰ κακίαν μεταβάλλων εἰς δυστυχίαν*. Incidit autem Admetus in calamitatem propter *κακίαν*; ergo misericordiam commovet nullam. — Ac profecto sentimus nos hujus quidem non esse farinae; sentimus nos longe secus acturos fuisse atque illum; sentimus nos minime eos esse, qui carissimum caput tam inhumane prodere possimus. Ut tribus verbis dicam, desideratur in Alcestide fabula *φόβος* ille *περὶ τὸν ὅμοιον*, quem dicit philosophus, ex quo quidem nascitur misericordia tragoediae propria, nedum *ἔλεος* ille *περὶ τὸν ἀνάξιον δυστυχοῦντα*, siquidem haud immerito patitur Admetus, sed sua sibi culpa calamitatem contraxit. Rectius igitur ita fere argumentatus esset Wagnerus: Admetus adversam, quam perpetitur, fortunam ignaviae suae debet et inhumanitati; itaque homo pravus est; ergo, quod Aristoteles ait, *διὰ κακίαν* in calamitatem incurrit; ergo ejus mores a tragoedia plane abhorrent. — Hinc vero refutatur, quod paullo ante contendit Wagner [4]), drama hoc, si sumseris, Admetum esse *πρωταγωνιστὴν*, magis referre naturam tragoediae. Nam si ne sic quidem Admeti persona praeceptis Aristoteliis accommodata aut ulla ex parte tragica esse videtur: quid de fabula fiet, si omnino non Alcestidi, sed soli ejus conjugi, primas partes detulerimus? Hoc autem fieri jam, ni fallor, index fabulae vetat; constat enim indices earum fabularum, quae personae alicujus nomine insignitae sint, a protagonistarum partibus petitos esse. Huc v. c. pertinent Medea, Ajax, Philoctetes, Antigona, aliae. Quidni igitur analogiae tantum tribuamus, ut etiam hanc nostram fabulam a persona primaria, h. e. ab Alcestide, nomen traxisse putemus? Nos certe putamus, quanquam huic

---

1) Poet. c. 13: *ἔλεος μὲν περὶ τὸν ἀνάξιον, φόβος δὲ περὶ τὸν ὅμοιον.* — 2) De omnibus his cf. Lessing, Dramat. Tom. 2. p. 316 ed. Lachm. — 3) Liter. Tasch. Ed. Prutz. 1847. p. 379 post med. — 4) L. l. p. 9 med.

argumento parum tribuit Wagner [1]). — Ceterum ad hanc de protagonista quaestionem revertemur [2]).

§. 19. Sed longius etiam progredi licet. Non solum mores Admeti, sed etiam tota bulae oeconomiam, inque primis catastropham, qualis nunc est, Aristotele judice a trag alienam esse omni pignore contendimus. Neque enim in his, quos supra diximus, pra finibus misellus homo sese continuit; non acquievit in simplici hac culpa, quae in ignaviae mine cernitur: immo vereor, ne vitiorum, quibus Admetus contaminatur, catalogus facil augeri possit. Insuper enim addit, id quod gravissimum est, crimen impietatis: patrem pe tractat, parentes exsecratur, et quae alia sunt. Man muss, ut ait Wielandus [3]), eins von Be ein unnatürlicher Bösewicht oder ein Wüthender sein, um sich gegen einen Vater in di Grade vergessen zu können. Itaque κακὸς ille est et μοχθηρός. — His igitur praen Aristotelem audiamus. Poetae tragico, inquit, cavendum est, ne hominem nequam et pr adversam fortunam cum secunda commutantem faciat; quod si fit, catastropha habetur om minime tragica [4]). Jam vero Admetus in fine fabulae ex infelici felix evadit; idem homo pr est et nequam; ergo Alcestidis catastropha minime tragica est, a tragoediaque longe abho — Neque id Wagnerum prorsus fefellit. Agnoscet ille, inquit [5]), mores Admeti tragi ex parte, modo sequatur etiam hanc ἁμαρτίαν miseria. At non sequitur; it minime tragici sunt. Ceterum de Wagneri sententia, qua Alcestin ad id fabularum genus tinere censet, quod nostrates drama κατ᾽ ἐξοχὴν dixerint, jam supra [6]) commemoravimus.

§. 20. In antecedentibus igitur demonstravi Alcestin fabulam, si ex legibus Aristot res judicetur, nullo pacto tragoediam existimandam esse. De alia hujus quaestionis dijudicat ratione post videbimus. Nunc satis habemus velut per appendiculam ea breviter perstring quae de consilio poetae deque prologo disputavit Wagner. Nec ita absonum est, quod spicatur V. D. [7]), Alcestin eo consilio ab Euripide conscriptam esse, ut mulierum Graeca gratiam immerito amissam sibi reconciliaret; nam, quod in medio relinquit Wagner, id h certum est et exploratum, feminis Atticis, exceptis tamen virginibus, nisi comoedias, at c tragoedias spectare licuisse [8]). Sed missa haec facere praestat, quoniam mera conjectura ni tur. — Quod denique ad prologum Alcestidis attinet, apprime idoneum eum censet [9]), qui a torum exspectationem erigat; idque inde fieri, quod dialogi forma, in quam redactus sit tragoediae forma propius absit; quod vero Orcum introduxerit poeta, mero novandi studi factum esse. Quae omnia ut largiamur, tamen aliud quid neglexit V. D., quod, apud Euripi praesertim, magni momenti est, quaestionem dico: utrum Alcestidis prologus is sit, qui spe tores de fabulae eventu certiores faciat, nec ne? Haec autem quaestio cum altera illa cohae num verum sit, quod saepenumero statuerunt, in prologis Euripideis eventum praedici soli

---

[1]) L. l. p. 9. — [2]) Cap. III. §. 23 sqq. — [3]) Sämmtl. Werke (nov. edit.). Tom. 35. p. 163. — [4]) I c. 13: — — οὔτε τοὺς μοχθηροὺς ἐξ ἀτυχίας εἰς εὐτυχίαν· ἀτραγῳδότατον γὰρ τοῦτό ἐ πάντων. — [5]) L. l. p. 10 supr. — [6]) Cap. I. §. 7. — [7]) L. l. p. 11 med. — [8]) Cf. Becker, Charl (prior edit.). Tom. 2. p. 249 seqq. quaeque ibidem attulit. — [9]) L. l. p. 13 med.

esse? Qua de re fuerunt qui fusius dissererent[1]). Sed hoc quidem non hujus loci est: redeo ad Alcestidis prologum.

§. 21. Et mihi quidem persuasum est eventus praedictionem in eo inesse. Argumento sunt autem verba Apollinis haec[2]): ἦ μὴν σὺ παύσει καίπερ ὠμὸς ὢν ἄγαν· | τοῖος Φέρητος εἶσι πρὸς δόμους ἀνήρ, | Εὐρυσθέως πέμψαντος ἵππειον μέτα | ὄχημα Θρῄκης ἐκ τόπων δυσχειμέρων, | ὃς δὴ ξενωθεὶς τοῖςδ' ἐν Ἀδμήτου δόμοις | βίᾳ γυναῖκα τήνδε σ' ἐξαιρήσεται. His verbis non solum progressio actionis, sed etiam ipsa catastropha manifesto significatur; nam fabulae exitus in eo cernitur, quod Hercules Alcestin Orco ereptam Admeto restituit, id quod Apollo vaticinatus est. Tamen eventus praedictionem in verbis inesse infitias ivit Firnhaber. Verba ejus haec sunt[3]): „Hercules wird kommen und dir die Alcestis wieder „entreissen, sagt Apollo zwar; aber der Thanatos erwiedert ihm darauf: Sprich du nur „immerhin; du befreist sie nicht; ich gehe, sie mit diesem Schwerte zu berühren; dann ist sie „dem Gotte der Unterwelt geweiht[4]). Welches Wort gilt denn nun mehr? Doch wohl das letzte und das des Stärkeren; für solchen ist aber augenblicklich der Thanatos anzusehen; denn Apollo flieht vor ihm; wie will ein ἀνήρ, wie Hercules, vermögen, was Apollo nicht konnte?“ — Haec argumentatio non una de causa displicet. Primum enim Apollo discedit, non quo Orco ut fortiori cedat, sed ne mortuorum vicinia contaminetur[5]). Cf. v. 22: ἐγὼ δέ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κιχῇ, λείπω μελάθρων τήνδε φιλτάτην στέγην. Deinde autem nonne parum veri est simile Apollinem, quippe deum potentissimum, et eum ex superis, Orco, quem ex diis minorum gentium ideoque inferiorem fuisse scimus, cessisse? Denique Apollinem vatum haruspicumque deum fuisse eamque ob causam divinis honoribus cultum esse inter omnes constat. Quid igitur? Nonne ejus fides certissima et quasi sancta habenda est? Itaque patet verba ista Apollinis eventus praedictionem continere, neque id, ut apud Euripidem, mirum quidquam habet. — Hinc vero corrigendum erit, quod Eichstadius docuit. Is enim quatuor prologorum genera internoscenda esse statuit[6]). Primum genus eorum est, quibus principum personarum fata fabulam praegressa exponuntur. Huc pertinere ait Phoenissas, Andromachen, Supplices, Iphigeniam Aulidensem, Heraclidas, Herculem furentem, Electram. Alterum genus eorum est, quibus non solum res antegressae exponuntur, sed etiam actionis progressio modo obscurius, modo apertius significatur. Huc Alcestin[7]), Orestem, Jonem retulit. Tertium genus eos complectitur, quibus praeter antegressorum commemorationem fabulae exitus tecte obscureque indicatur. Quo pertinere Eichstadio videntur Medea, Iphigenia Taurica, Bacchae, Troades, Helena. Quartum denique genus eos comprehendit prologos, quibus res praeteritae traduntur, actionis progressio significatur, catastropha praedicitur. Huc referendas esse ait Hecubam et Hippolytum. — Alcestidis igitur prologum ad secundum genus retulit eorum, quibus res praeteritae et actionis

---

1) Vid. Firnhaber, edit. Iph. Aul. Einl. p. XVII sqq. — Eichstaedt, de dram. Graec. com.-satyr. p. 98 sqq. — 2) Alcest. v. 64 sqq. — 3) Iph. Aul. Einl. p. XVIII med. — In Alcestidis prologo eventum praedici negat etiam O. Mueller, Lit.-Gesch. Tom. 2. p. 149. annot. 3. — 4) Alcest. v. 72—76. — 5) De hac contaminatione cf. Becker, Charikles. (Prior edit.). Tom 2. p. 175. — C. Fr. Hermann, gottesdienstl. Alterth. p. 99 infr. p. 102 supr. — 6) De dramate Graec. com.-satyr. p. 103 sqq. — 7) Ibid. annot. 153.

progressio quoquo modo explicantur. Immo, si vera sunt, quae disputavimus, ad quartum pertinet ille, siquidem non solum de rebus praeteritis actionisque progressu, sed etiam de catastropha certiores nos facit. Hoc ipsum autem prologorum genus omnino minime artifici atque deterrimum esse vix est quod explicem et unusquisque facile videt. Ceterum ad a ricam hujus prologi vim et postetatem infra[1]) redibimus.

Haec habui, quae de Wagneri sententiis dicerem; vidimusque, ni fallor, Aristotele j cum mores Admeti tum oeconomiam fabulae et ipsam catastropham a tragoedia esse alienis Hac igitur causa defuncti jam de Alcestidis natura et indole paullo accuratius quaeramus.

Caput tertium.

De Alcestidis Euripideae indole. — Ad quod dramatum genus pertineat, quaer

§. 22. In quaestione de propria Alcestidis Euripideae indole instituenda duae potissi sententiae, et eae diversissimae, respici debebunt: Koechlyi et Firnhaberi; qui ita inter se sentiunt, ut Koechlyus in dissertatione sua, quam de Alcestide conscripsit, sale et facetiis stantissima puram putam fere comoediam agnoscat, Firnhabero contra judice eadem fabula si diis placet, tragoedia sit, quae normis legibusque Aristoteliis plane respondeat. Alter i ad cothurnum evexit, alter ad soccum detrusit fabulam. En singulare humanae dissens specimen, cui simile est illud, quod Rhesus Euripidea, quae dicitur, praebet, quam ob si larem nequitiam in Alexandrinorum aetatem detrusit Hermannus, propter raram praestan Sophocli assignavit Gruppius. Qua in re animum subit tristissima cogitatio, quam arctis h num intelligentia cancellis circumscripta sit, quo saepenumero fit, ut proxima quaeque oc nostros fallant. Nam vide sis, qualis sit rerum status. Duas integras veterum fabulas in man habemus; neutra disertis veterum testimoniis caret, unde de auctore aut de indole fab certior fieri possis: testis est auctor argumenti Rhesum ab Euripide conscriptam esse: q quod ad didascalias provocat; testis est scholion Vaticanum Alcestin quarto tetralogiae actam esse, unde nova atque vixdum sperata lux toti rei affertur. Nihilo secius — ac nesci fabulas aniles potius, quam vera narrare videar — nihilo secius, inquam, critici ambigun ambigunt non de rebus minutis, non de una aliave fabulae parte aut persona, sed de ea quaestione, in qua causa tota vertitur: in Rheso, primum, quis auctor sit? deinde, utrum mium opus habenda sit, an vile potius et nequam? in Alcestide, qualis sit fabula? quod genus pertineat? numne cothurnum, si diis placet, an soccum redoleat? Profecto hae simil controversiae, si quid aliud, de animi nostri imbecillitate nos admonent; sunt illae, ut Jac verbis utar[2]), ad criticorum spiritus reprimendos imprimis aptae, eaedemque nos monent,

---

[1]) Cap. IV. §. 36. — [2]) Verm. Schrr. T. 5. p. 230; ubi de prooemio isto conclamato satirae Horat libri I. decimae praefixo ingeniose disputat.

praesertim in re lubrica, confidentius aut adeo arrogantius judicemus, neu omnino artem criticam immodeste aut insolenter exerceamus.

§. 23. Jam his praemissis accuratius de Alcestide videamus. In qua dijudicanda quum V. Cl. Firnhaber longissime a vero abesse videatur, hujus sententiam primum impugnemus. Censet vero [1]) Alcestin sua sponte, i. e. nullius impulsu, immo invito Admeto se devovisse, indeque fieri, ut et ipse Admetus tragica persona evadat; quam enim in priore fabulae parte spectatores Alcestidi praestiterint benevolentiam, eam omnem post heroidis mortem ad Admetum redundare [2]). Hunc igitur, quippe qui partes ab uxore desertas suscipiat, ejus quasi vicarium habere videtur. E medio (haec, ni fallor, sententia Firnhaberi est) tollitur πρωταγωνιστής, idque in priore fabulae parte; alia ei succedit persona; haec in posteriore parte eodem modo prae ceteris eminet quo in priore ea, cui successit. — Quaerendum est igitur: primum, utrum salva tragoedia fieri possit, annon, ut partes πρωταγωνιστοῦ ab altera persona ad alteram transferantur? deinde, si possit, qua conditione ac lege id liceat? denique, num huic conditioni in Alcestide satisfactum sit? Postulat autem natura quaestionis, ut exemplis utamur. Itaque, si fas est diversissimas fabulas inter se conferre, de Ajace videamus, cujus, si vera protulit Firnhaber, aliquatenus eadem fere ratio est atque Alcestidis. — Quid ita? Scilicet in priore hujus fabulae parte Ajax voluntariam mortem sibi consciscit; posterior pars prima persona caret. Caret autem? Immo tam parum ea eget, ut pro defuncto Ajace Teucer substituatur. Tamen confitendum est ne in posteriore quidem Ajacis parte leges tragicas esse violatas, quin ἔλεον et φόβον summos inde concipi. Quidum, quaeso? An inde concipiuntur, quod Teucer ut Ajaci cognatus misericordiam commovet? Minime. Nihilo tamen secius extrema Ajacis pars plane tragica est, artemque Sophocleam utique decet. Sed priusquam de his strictim explicamus, de iis videndum est, qui de altera hac Ajacis parte minus aeque judicarunt.

§. 24. Fuerunt enim, qui opinarentur, post mortem Ajacis nihil amplius desiderari, et, quaecunque sequantur, ea arida esse atque jejuna; melius igitur (quis credat?) facturum fuisse poetam, si post scenam illam, ubi Ajax morti succumbat, plane nihil addidisset cavissetque, ne pannum tam tenuem assueret. Inque primis huc pertinet Lobeckius, qui haec [3]): „Sed carmen „tam splendidum et αὐτοτραγικόν ex manibus emittere non possum, quin producam velut epicitharisma post fabulam ea, quae de Ajacis morte prodita legimus, quae utinam nostrum terminasset carmen. Inest enim in hac postrema fabulae parte a. v. 1040. usque ad clausulam „tanta tenuitas, ut cum Ajacis morte ipsa etiam fabula exstingui videatur. Atque in „hoc quidem vitium crebro delabi Sophoclem, aut exhaustis omnibus aut non aequabiliter partitis coloribus, jam antiquiores illi artis poeticae disceptatores animadverterunt." — En gravissima summi poetae accusatio! Qua quidem nec alii abstinuerunt. [4]) Quid? quod Tyrwhittus

---

[1]) Vid. censur. dissertationis Glumianae in: Zeitschr. für Alterthumswiss. 1837. p. 418. — [2]) Ibid. p. 418 infr.: Das Mitleid der Zuhörer wird auf ihn eben so gelenkt, wie neben der Polyxena in der Hecuba noch genug Bedauernswerthes für die Hecuba übrig bleibt. — [3]) Ad Ajac. v. 861. Vid. edit. fab. p. 361. — [4]) Velut Rapin (réflections sur la poétique p. 160), quem Gruppius laudat, qui quidem posteriorem Ajacis partem contestation froide et languissante nuncupat.

opinatus est[1]), Sophoclem extremam Ajacis partem tanquam laciniam assuisse, idque nul de causa, quam quod fabulam suam justo ambitu carere noluerit. Quasi opera dramat demum omni numero perfecta essent et absoluta, si singula binave millia versuum, qual que tandem essent, poetae multo sudore et labore confecissent. — Altera tamen ex part runt, qui poetam insontem nisi plane purgare, at saltem quodammodo excusare conar Velut G. Hermannus posteriorem fabulae partem utique necessariam esse ita demonstr ut ad communem veterum sententiam provocaret, qua nefas duxissent mortuum aliquem fletum dimittere, nedum inhumatum projicere. — Osannus denique extremam Ajacis parte cessariam quidem, eandem tamen ineptam ac toti fabulae male accommodatam censet[3]): rei excusationem inde petit, quod ad trilogiam pertinuerit fabula. Quae omnia quam parun ficiant, nemo non videt, et praeclare explicuit Gruppius[4]).

§. 25. His igitur missis e contrario contendimus posteriorem Ajacis partem et p artificiosam esse et cum priore artificiose conjunctam. Nimirum, ut jam diximus, in Ajacis l substituitur Teucer: quod quo jure fiat, haud latet. Nam quum is pro fratris causa pu quumque in factis ejus Ajacis mens quasi spiret, facile fit, ut Telamonius etiamnunc paen vus in vivis esse et praesens nobis coram agere videatur. Perinde res geruntur quasi in ille esset; corpus quidem ejus interiit, animus non item: immo viget vivitque, suamque exercere pergit. Jam igitur vides, quales vicarii partes sint: quippe eum se praebet, fr que causam ita defendit, ut ipse Ajax, modo in vivis esset, vix secus ageret. Hoc ipsum a res postulat. Nam praeclare quidem Ajax mortem sibi ipsi conscivit; idem tamen tantum ut in antiquum honoris locum restitutus sit, ut, labefactata semel ejus dignitate, spectat etiamnunc praepostere de eo judicent, nec satis liqueat, quî fieri possit, ut pristinum hon atque amissam auctoritatem reparet. — Jam vero poeta id agere putandus est, ut Ajacem omnia haec hujus vitae mala et incommoda perque omnes inimicorum insidias ad aete gloriam perducat, et ad divinam heroum veluti sedem evehat. Quod ut fieri possit, e vita discedat necesse est; at idem quum mortem oppetit, divinum honorem sortitur, non actutum dem, sed ita, ut statim post mortem ejus virtutes magis etiam detrectentur, mox tamen, troversia ista et altercatione, quae de sepultura oritur, composita, ejus veneratio miro n augeatur et crescat. Hinc vero patet, cur fabula morte Ajacis terminari nequeatur. Nam quaeso, Teucri et Atridarum lites poeta inseruit? Duplici, ni fallor, consilio: primum, ut tuus suum jus adipisceretur; deinde, id quod gravissimum est, ut Telamonius, quo magis s elevatus esset atque contemtus, eo pluris postea aestimaretur. Ac profecto prospere res c poetae. Praeclare dignitatem suam recuperat Ajax; deprecatur pro eo, qui adhuc inimiciss

---

1) Ad Arist. poet. X, 4. — Cf. Jacobs, Nachtrr. zu Sulzer IV, 1, 117. — Rochefort, théatre des G Tom II. p. 468. — 2) Noviss. Ajac. edit. p. 104: Hanc orationem Ajacis (815—865) partem hujus trago esse splendidissimam, extra dubitationem positum est. Cujusmodi scena etsi finiri fabulam non illibenter tamen id in hoc quidem argumento fieri non potuisse apertum est. Nam neque luctum omitti consuetudo nisque ratio veteris tragoediae patitur, neque corpus mortui in potestate hostium relinqui fas est. — 3) Osann, über des Sophocles Ajas. Eine krit. Untersuchung mit 2 Beilagen. Berlin, Reimer. 1820. — 4) Ari p. 209 sqq.

fuit, Ulixes [1]); idem cum Ajace seu, quod eodem redit, cum Teucro in gratiam revertitur. Itaque omnia haec eidem Teucro ut fratris procuratori debentur: cujus intercessio quanti momenti sit, satis inde apparet [2]). — Ceterum aucta haec Ajacis dignitas vix dici potest quantopere cordi fuerit Atheniensibus, qui inde a Clisthenis temporibus Ajacem, ut quem decem gentis suae auctoribus annumerarent, eximia veneratione prosecuti esse feruntur. Sed de hac re fusius exponere facile supersedeo, siquidem alii de his satis explicuerunt [3]). — Eum igitur, qui Teucri instar tanti viri patrocinium susceperit, tantaeque causae se praebuerit propugnatorem, quam singulari gloria floruisse, quot quantisque spectatorum laudibus celebratum esse dicamus!

§. 26. Sed redeamus, unde digressi sumus, ad Alcestin Euripideam, quae cum Ajace, sicuti jam diximus, quodammodo comparari potest. Nam hic itidem in priore fabulae parte e medio tollitur prima persona; continuatur actio. In Ajace post v. 865 mortem sibi consciscit Telamonius heros: in Alcestide post v. 391 animam exspirat Admeti uxor [4]); in Ajace Teucer mortui fratris partes suscipit eique quasi succedit: in Alcestide Admetus protagonistae partes ab uxore desertas excipit ejusque in locum substituitur. — Itaque quaeritur: num ita id instituerit poeta, ut posterior fabulae pars vere tragica evadat [5])? Evadet autem, si ex Ajace rem aestimamus, tum demum, ubi is, qui in protagonistae vicem succedit, aut ejus causam ita recipit, ut non interiisse, sed post mortem quasi vivere ille videatur, aut certe ex protagonistae obitu ad ejus vicarium nescio quid redundat, quod singularem spectatorum aut favorem aut saltem misericordiam ei conciliet. Quod utrumque, opinor, ad Teucrum quadrat: neque enim solum Ajacis causae ita patrocinatur, ut, quaecunque agit dicitve, in iis ejus mens spirare videatur, sed etiam spectatorum misericordiam concitat, ut cujus frater dilectissimus foedissima morte ceciderit. — Estne autem tale quid in Alcestide Euripidea? Est profecto, si Firnhaberum audias. — Quid, quaeso, illud? — Misericordiam, inquit, Admetus commovet propter amissam uxorem. En causa, cur tragica persona et sit et videatur! — At commiserari solemus, si quis misericordia dignus est; si quis indignus, non item. — Quid? Indignum censes Admetum? (sic ille). Immo dignissimus est, siquidem invito nec gnaro quidem Admeto uxor se devovet. Quidni igitur misericordia illum prosequamur? — Bene dicis! Sed videamus. Nam si verum est, quod ais, invito conjuge Alcestin morti se obtulisse, aliquid saltem dicis; quod tamen vereor

---

1) In hac demum Ulixis intercessione, non in morte Ajacis, fabulae peripetiam, quam vocant, inesse egregie observavit O. Mueller (Lit.-Gesch. Tom. II. p. 130. not. 1). — 2) Cf. Jmmermann, über den rasenden Ajax des Soph. Magdeburg, Heinrichshofen. 1826. p. 53: Nach unsern Ansichten schliesst das Trauerspiel mit dem Tode des Helden, nach denen der Griechen bleibt Ajax bis zum Scheiterhaufen Held der Tragödie. Nicht der Tod ist sein Letztes, sondern die Verbrennung; bis dahin hört er nicht auf, durch seine Vertreter zu handeln und, wenn auch stumm, in der Sympathie der Zuschauer, zu leiden. Bis dahin kann das Schicksal fortwährend Gesetze an ihm vollstrecken. Und wenn wir diess nur festhalten, so befremdet uns der letzte Theil des Stücks nicht mehr. Die Dichtung erscheint auch in ihm durchaus fortschreitend, harmonisch gebildet, bis in's Einzelne gegliedert und selbst mannigfaltiger als früher. — 3) Conf. Schneidewini prooem. ad Ajac. p. 6. 7. — 4) In Sophocle citando Schneidewini, in Euripide Pflugkii editione usi sumus. — 5) Cf. Wagner, edit. Alc. p. 9: Illud certe mirari quis possit, drama hoc, si sumseris, Admetum esse πρωταγωνιστὴν, magis referre naturam tragoediae, quod neminem facile negaturum confido etc. — Wagner igitur uni Admeto primae personae dat partes. cf. supr. §. 18.

ut recte se habeat. Immo consilii ab Alcestide capti plane ignarum fuisse Admetum a clarissimo, quantum equidem judico, nec demonstratum est nec demonstrari potest. Profici autem ejus disputatio ab argumenti verbis: *ὅπως παράσχῃ τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἑκόντα τεϑ μενον*, ubi Firnhabero interprete *ἑκόντα* illud eam dumtaxat explicationem habet[1]), ut Ad neminem ad officium sibi praestandum cohortatus esse statuatur. Qua in re V. D. vim ac ficationem vocabuli *ἑκόντα* in gyrum justo angustiorem compulit. Vox *ἑκὼν* enim dupl admitti potest, utpote quae aut de eo dicatur, qui nullius impulsu et auctoritate agit, aut d qui ab alio commotus vel incitatus rem aliquam aggreditur seu, quod eodem redit, qui l ter neque coactus petenti alicui satisfacit. Nec alienum esse vocabulum *ἑκὼν* a posterior significatione, testes sunt illae loquendi formulae, in quibus inter se opponuntur *ἑκὼν* et *ἑκὼν* et *ἄκων* et quae similia sunt. Sic v. c. Soph. Oed. Col. 939: *βίᾳ τε κοὐχ ἑκών*. luculenter apparet *ἑκὼν* saepenumero significare non invitus, non coactus seu spo Quidni igitur argumenti scriptor sic usurparit? Certe ex mera hac voce *ἑκόντα* neutiquam cludere licet Alcestin nullius impulsu se devovisse; at liceret sane, si *ἀφ' ἑαυτοῦ*, *ἀυτομ* vel tale quid ille scripsisset, quod sua sponte vel ultro dicunt Latini[2]). Nec profecto, si *ἑκουσίως* agat, eundem *ἀφ' ἑαυτοῦ* agere necesse est: scilicet potest rogatus esse alioru precibus libenter morigerari; contra si quis *ἀφ' ἑαυτοῦ*, idem hercle *ἑκουσίως*. — Quid igi An in medio relinquit argumenti scriptor, utrum sua sponte an aliunde commota se devo Alcestis? Optionem quasi nobis fecit, utrum statuere malimus? Vix veri est simile. Veri si dico? Immo vero etiam certissimum est non de ultronea vitae devotione loqui argumenti au rem, sed de voluntaria quidem, at eadem tamen operae ac studio aut, si ita vis, precibus meti debita. Nam vide, sis, quae verborum sententia sit. *Ἀπόλλων*, inquit, *ᾐτήσατο παρὰ Μοιρῶν, ὅπως ὁ Ἄδμητος τελευτᾶν μέλλων παράσχῃ τινὰ τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἑκόντα τεϑν μενον, ἵνα ἴσον τῷ προτέρῳ χρόνον ζήσῃ*. Quae ita interpretor: Apollo a Parcis petiit, Admetus, quum ejus mors immineret, aliquem daret vel sisteret, qui liben pro eo mortem obiret, ut, quantum temporis jam vixisset, tantumdem iterum vivis esset. — Quid igitur? Nonne vox *παράσχῃ* manifesto arguit ab ipso Admeto adduc dum fuisse et, ut ita dicam, suppeditandum, qui Orco sese mactaret? Nonne curandum ei fui ut vicarius non deesset? Qui vero id aggrediendum ei erat? Nonne ita, ut quoquoversus cumspiciens quaereret eum, qui officium ipsi praestaret? — Nec frustra id fecit; obsecuta est uxor. Quid? Tamen ignoravit ille, ex vita egressuram esse eam, quam ipse adduxisse suppeditasse fertur? Hoc quidem (pace clarissimi viri dixerim) credat Judaeus Apella!

§. 27. Sed aliud argumentum restat, quod ad sententiam suam firmandam attulit Fi haber. Provocat enim ad v. 145[3]), ubi serva: *ὄυπω τόδ'*, inquit, *οἶδε δεσπότης, πρὶν ἂν πά* unde concludit V. D. imminentem Alcestidis mortem ab Admeto ignoratam fuisse. Sed in i verbis hujus sententiae ne umbra quidem apparet: pertinent potius ad verba proxime a

---

[1]) Zeitschr. für Alterth. 1837. p. 417 supr. — [2]) Cf. Doederlein, Handb. der latein. Synonymik. p. s. v. sponte. — [3]) Zeitschr. f. Alt. l. l. p. 418 supr.

gressa: ὦ τλῆμον, οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις! O te miserum, inquit chorus, qualem amittis uxorem! — Nondum scit, respondet serva, quantam jacturam faciat, priusquam reapse fecit[1]. — Quid, quaeso, huic sententiae commune est cum eo, quod Firnhaber statuit, Admetum consilii ab Alcestide capti ignarum fuisse? Contra plures fabulae loci luce clarius ostendunt regem Pheraeum jam pridem compertum illud habuisse[2]. Huc e. g. pertinent verba[3]:

πάντας δ᾽ ἐλέγξας καὶ διεξελθὼν φίλους,
πατέρα γεραιάν θ᾽ ἥ σφ᾽ ἔτικτε μητέρα,
οὐχ εὗρε πλὴν γυναικὸς ἥτις ἤθελε
θανεῖν πρὸ κείνου κ. τ. λ.

Qua tandem ratione haec verba satis explicari poterunt, nisi Admetum omnes suos amicos cognatosque iterum ac tertio perlustrasse statuerimus ac summo studio indagasse, qui pro ipso vitam profunderet? Mortis metu homuncio aliis persuadere studuit, ut, quod ut ipse susciperet pro incredibili sua ignavia et timiditate a se impetrare non potuit, subirent; quumque ceteri regem destituerent, generosa ejus uxor promto animo morem ei gessit. Hanc manifestam hujus loci sententiam esse vix erit qui neget. Tamen (sic iterum quaero) instantem conjugis mortem ignoravit Admetus? — Accedit, quod ipse rex dicit[4]:

ἐπίσταμαί τε κοὐκ ἄφνω κακὸν τόδε
προσέπτατ᾽· εἰδὼς δ᾽ αὔτ᾽ ἐτειρόμην πάλαι.

Unde luculenter apparet Admetum de Alcestidis consilio non tunc demum, sed jam pridem certiorem factum esse nec praeter exspectationem plagam illam accepisse, quam ut gravissimam durissimamque deflet chorus. Omnino Alcestidis devotio per se res notissima est, ut Wielandi verbis utar[5]; illud unum ignoratur, quo die mortem obitura sit Alcestis[6], atque haec ipsa tum demum, ubi vires magis magisque deficiunt, ἡμέραν κυρίαν adesse sentit[7]. Quid? Quum imminens Alcestidis mors neminem fefellerit, unum Admetum eam latuisse statuamus? Equidem non adducor ut credam. — Praeterea Pheretis verba[8] collata velim, quibus filio aperte ignaviam exprobrat, quae tamen maledice contumelioseque dicta esse sibi persuasit Firnhaber. Sed ut verba ista falsas criminationes contineant, — cur in dialogo, qui mox sequitur, Admetus sui purgandi causa ne unum quidem verbum profert? Si revera crimen ἀψυχίας, quemadmodum sibi persuasit Firnhaber[9], falsum sit, nec umbra quidem ejus Admeto inhaereat, cur non cum contemtu et indignatione illud rejicit, deque uxoris consilio se non conscium fuisse aperte declarat?

§. 28. Vides igitur, candide lector, quot quantaque impedimenta obstent, quo minus Firnhaberi sententiae subscribamus clamque Admeto Alcestin moriendi consilium cepisse largiamur. Quid vero inde sequitur? Primum illud, opinor, Admetum misellum hominem esse ac nebulonem,

---

1) Sic recte locum jam explicuit Wagner in edit. Alcest. Vid. p. 20 infr. p. 101. 102 supr. — 2) Cf. Wielandi Opera. Tom. 35. p. 152. 160 (edit. nov.). — 3) V. 14 sqq. — 4) V. 420 et 421. — 5) Sämmtl. Werke. Tom. 35. p. 152 (Nov. edit.). cf. Alcest. v. 156: καὶ ταῦτα μὲν δὴ πᾶσ᾽ ἐπίσταται πόλις. — 6) Cf. Zeitschr. für Alt. l. l. p. 418 not. — 7) Alcest. v. 158 sq. — 8) Ibid. v. 699 sqq. — 9) Zeitschr. für Alt. l. l. p. 420 supr.

qui sua culpa calamitatem sibi contraxerit, nec dignus videatur, cui misericordiam nostrar pertiamus. Quod si verum est, alterum illud sequitur, homullum adeo abjectum atque conte nequaquam eum esse, qui, praesertim in tragoedia, tantae tamque generosae mulieris vice possit. Nam, ut supra jam diximus, tragicam personam esse Admetum Firnhaber inde e quod misericordia dignus habendus sit. Neutiquam vero habendus est, quemadmodum de stravimus; ergo non est tragica persona. — Idque magis etiam apparebit, si cum tanta ho nequitia praeclaram Teucri indolem comparaveris. Quid enim ille? Num decessore, si diis cet, indignum se praebet? Non fortissimum? Non apprime impavidum? Non mirifice pium trisque amantissimum? Qui Menelao, qui Agamemnoni, qui toti graecorum exercitui f causa fortiter resistere audet, — quanto animo, quam fraterna ac pietatis plena voluntate esse dicamus! Jam si cum tot tantisque Teucri laudibus Admeti vitia componuntur, qua interest inter utrumque! Ab hac enim parte comparet animus, ab illa timiditas; hinc forti illinc ignavia; hinc fratris amor, illinc parentum odium; hinc constantia, illinc imbecillitas; denique gravitas, virtus, pietas, illinc levitas, nequitia, inhumanitas. Quo melius igitur Te ut Ajacis successor partes suas explet, quo digniorem cothurno idem se ostendit: eo n Admeti persona a tragoedia abhorret, cumque praeclara Alcestidis indole mirum quantum crepat, quo fit, ut non tam in hujus locum succedere, quam prae miro ejus splendore om fere dignitatem amittere ac paene evanescere illa videatur.

§. 29. Jam ex iis, quae modo disputavimus, satis apparet, quam vehementer errer qui Firnhaberi auctoritate freti Alcestin in tragoediarum catalogum referre posse sibi videı Sequitur, ut alteram illam sententiam, Koechlyi, examinemus, qua statuit V. Cl. Alcestin meram quidem comoediam, sed eam tamen fabulam esse, quae ad comoediarum levitatem xime accedat atque eadem, paucula a cothurno mutuata, a tragoediis ad comoedias quasi munìat[1]), quum praesertim eo tempore conscripta sit, quo antiquum illud drama satyricum jam obsolevisset. Sed missa hac quaestione de transitu, quo poetae scenici Atticorum sensin paullatim a cothurno ad soccum delapsi sint, satis habebo de altera illa strictim exponere: ut recte se habeant, an secus, quae de comica Alcestidis indole Koechlyus disputavit? Qua i egregie facem praetulit Rauchensteinius, utpote qui Koechlyanam dissertationem ad obrus exegerit, ad quem igitur delegarim, qui de sententia Koechlyana accuratius doceri se vo Nobis vero graviora quaedam tetigisse sufficiat, quae huc facere videntur. Ceterum in quaestione omne cautionis genus adhibendum est, ne hic illic nubem pro Junone amplectar Koechlyus enim, ut recte dicit Rauchensteinius[2]), totam Euripidis fabulam, exceptis iis, cum ipsa Alcestide cohaerent, in risum vertere studet; de suo quaedam addit; poetae hic obtrudit, quae ex suis ipsius scriniis petivit; in falsum nonnulla auget; indeque fit, ut Alc fabula, qualem Koechlyus ante oculos nobis proposuit, non amplius Euripidea sit, sed nova et ab Euripidea diversa. — Sed ut rem ipsam illustremus, neu cupidius quam verius judi

---

[1]) Vid. Prutz, literarhist. Tasch. 1847. p. 388. 389. — cf. Rauchenstein, d. Alc. des Eur. etc. p. 16 — [2]) D. Alcest. des Eur. etc. p. 4 p. med.

videamur, exempla quaedam afferre juvat, ex quibus, quantopere V. D. nonnulla in pejus finxerit, luculenter apparebit.

§. 30. Sic v. c. ne ei quidem scenae pepercit V. Cl., ubi Herculem perhumaniter excipit Admetus, qua quidem in re praeclara illa, qua unica ornatus est, virtus cernitur, hospitalitatem dico et liberalitatem. Quid vero Koechlyus? Ex verbis Admeti[1]):

αὐτὸς δ' ἀρίστου τοῦδε τυγχάνω ξένου,
ὅτανπερ Ἄργους διψίαν ἔλθω χθόνα

efficit[2]) non hospitalitate illum commotum excepisse Admetum, sed spe impletum, fore ut et ipse posthac ab Hercule excipiatur. Quod perperam judicatum esse luce solis clarius est, et ad poetam excusandum vel potius purgandum vix opus erit lectores ad Homericum illum locum[3]) relegare, ubi idem fere profert Diomedes. — Pergamus ad alia. Si Orphei vox et cantus mihi suppeteret, inquit Admetus[4]), ad Orcum descenderem te (scil. Alcestin) arcessiturus, scilicet (interprete Koechlyo) si ipse satis tutus essem. At ubi extrema haec in fabula Euripidea? — Mollissimam Eumeli querelam, inquit Koechlyus[5]), Admetus interpellat duos trimetros inserens[6]), qui jejuniores esse vix possunt. At non ita jejuni sunt, immo hoc quidem loco sanequam apti. — In egregio illo carmine, in quo Alcestidis laudes celebrantur, chorus haec[7]): Si novam uxorem duceret conjux, oppido invisus mihi foret liberisque tuis. Et quid, cedo, Koechlyus? Nempe Admeti fidelitatem erga conjugem in suspicionem vocat chorum de ejus fide dubitare censens[8]). Immo antecedentia ac totus rerum nexus luculenter docent chorum nihil aliud nisi id agere, ut memoriam eorum refricet, quae in dialogo antegresso rex pollicitus est, eique quasi inculcet, ut promisso satisfaciat neu sancto suo officio desit. — Sed pauca haec exempla jam arguunt, opinor, quod arguendum erat, Koechlyum, quamvis sagaciter disputarit, tamen poetae verba hic illic minus recte interpretatum esse, immo in pejus detorsisse. Itaque haec hactenus.

§. 31. Koechlyus igitur, id quod antecedentia docent, res comicas, quas in Alcestide inesse dicit, partim ipse intulit et extrinsecus addidit, unde fit, ut, quae fabula ante oculos ei obversatur, ea ab Euripidis valde differat. Ac profecto id ipsum, in quo quasi fundamentum fabulae cernitur, mythum dico, minime comicum, immo grave ac serium est. Nec, si altera Alcestidis pars ad hilaritatem jocumque inclinat, tota fabula protinus comoedia evadit. — Quid vero? (forsitan aliquis dixerit). Nonne comoedia, ut ait ipse Aristoteles[9]), praviores homines imitatur? Nonne itidem omnes hujus fabulae personae, Alcestide excepta, pravae sunt aut adeo nequam? Nonne igitur Alcestis comoedia est? — Utrumque illud, quod primo et secundo loco posuisti, verum est, concedo; non item, quod tertio, inde effici posse, ut Alcestis comoedia sit. Immo nihilo magis in comoediarum numerum ascribenda est quam Orestes, cujus personae,

---

1) V. 559. 560 Pfl. — 2) L. l. p. 377 supr. — 3) Iliad. VI, 224. 225. — 4) V. 357 sqq. — 5) L. l. p. 374 supr. — 6) V. 404. 405 Pfl. — 7) V. 463—465. — 8) L. l. p. 375 supr. — 9) Poet. c. 5 init.: *ἡ δὲ κωμῳδία ἐστὶν, ὥσπερ εἴπομεν, μίμησις φαυλοτέρων μὲν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ, οὗ ἐστι τὸ γελοῖον μόριον.*

excepto Pylade, et ipsae pravae sunt. Primum enim personae illae ideo potissimum prava bendae sunt, quia nimio sui amore ducuntur. At ideone statim comicae sunt? Minime ger nam, ut recte ait Firnhaber [1]), ex Schlegelii verbis: „Die komischen Personen sind ausgen Egoisten" non sequitur e contrario eos, qui caeco sui amore ducantur, omnes esse per comicas. Accedit, quod argumentum Alcestidis, ut jam diximus, minime comicum est. Imp vero desiderantur ea, in quibus propria comoediae, Atticae praesertim, natura cernitur: fa illae acerbae et asperiores, quibus hominum vitia perstringuntur; praeclara illa dicacitas, breviter quisque et concinne respondet; sententiae illae acutae et vibrantes, quae velut fu nequissima quaeque affligunt atque percellunt: quibus omnibus fabulae Aristophaneae abu et quasi scatent. — At ubi tale quid in Alcestide? Ubi mordax illa dicacitas? Ubi acul orationis? Ubi fulmina verborum? Immo personae istae Alcestidis, ut mediocres, ne dicam cetae sunt, tam parum salibus et facetiis eminent tamque levia et minuta passim blateran hac ex parte animos audientium minime permoveant nec tangant quidem. Neque a p consilio id abhorrere putandum est, ut qui post tragoediarum severitatem spectatorum an non denuo commovere, sed sensim et paullatim delenire et ad tranquillitatem revocare v Quod quia nec tragoedia nec comoedia effecisset, fabulam composuit, quae inter utramque dium quoddam teneret. — Sed illuc revertor. Quid? quod ea ipsa scena, quae paullo sa est [eam dico, ubi Pheres et Admetus inter se altercantur], a comoedia hercle plurimum di id quod satis arguit similitudo, qua ad aliarum tragoediarum hujusmodi scenas prope acc Quod vero ad alteram illam scenam attinet, ubi Hercules Alcestin rica velatam conjugi tr quae quidem scena comoediam quodammodo redolet [2]), ne tum quidem Aristophane digna v bitur, si Herculem par pari retulisse cum Koechlyo [3]) statuerimus, quia vix facetiis satis adsp aut, ut rectius dicam, justo jejunior est. Quae quum ita sint, nihil relinquitur, nisi ut Alc comoediam esse negemus.

§. 32. Restat, ut pauca de iis adjiciamus, qui Alcestin drama satyricum esse cum singio arbitrati sunt. Quae sententia quam falsa sit, cum olim docuerunt Spanhemius et l lius [4]) tum per se facile intelligitur. Quanquam enim in Alcestin cadere videtur, quod Deme ait [5]), drama satyricum esse παίζουσαν τραγῳδίαν, cetera tamen refragantur omnia. Id primo statim obtutu apparet, si quis v. c. cum Cyclope Alcestin comparare velit. — Quae et quales sunt personae, quibuscum dramatum satyricorum scriptoribus res est? Baccha opinor, Satyri, Sileni, vasta et immania monstra, quibus homunculi quidam vafri versut ludos suggerere student, et quae alia hujusmodi sunt. Sed quid, quaeso, horum in Alcest nisi quis Herculem huc trahere velit, quem huic fabularum generi aptissimum hancque ob

---

[1]) Zeitschr. für Alt. 1837. p. 419 supr. — [2]) Ne hanc quidem scenam a tragoedia alienam esse co dit Firnhaber. Vid. Zeitschr. für Alt. 1837. p. 420 infr. — Verdächtigungen Eur. Verse etc. p. 26 sup Contra Schlegelius (über dramat. Kunst und Liter. Bd. 1. p. 245): Hercules zeigt sich anfangs derb bis Rohheit und erst nachher edler und seiner würdig, endlich wieder jovialisch, da er mit dem A seinen Scherz treibt, und ihm seine verschleierte Gattin als eine neue Braut zuführt. — [3]) L. l. p. 384 med. — [4]) Cf. supr. Cap. I. §. 5. — [5]) De elocut. §. 169. p. 70 ed. Schneid. — cf. Eichstaedt, de d Graecc. com.-satyric. p. 66. not. 105. — O. Müller, Lit.-Gesch. Bd. 2. p. 38.

sam talium dramatum scriptoribus apprime in deliciis fuisse scimus [1]). At ne hic quidem ita se gerit, ut illorum sententia inde confirmetur; male enim ut in dramate satyrico personam suam tuetur ac parum sibi constat, quippe qui initio jocosum hilaremque et, ut ita dicam, probe satyricum, mox tamen generosum vereque heroicum se ostendit. Partim igitur cothurno, partim socco dignus videtur. Quae quum ita sint, nulla causa est, cur Alcestin drama satyricum esse putemus. — Ceterum, ut in transcursu hoc addam, pluribus fabulis, iisque tragicis, idem accidit, quod Alcestidi, ut injuria pro dramatis satyricis haberentur. Sic v. c. Brumoeus Bacchas eodem retulit, id quod supra commemoravimus [2]). Quid? quod G. Dindorfius teste Vatero [3]) suspicatus est Rhesum tragoediam dramatis satyrici vicem praestitisse. Quam tamen sententiam satis refutavit Vater, qui idem eodem loco Alcestidis quoque rationem habet. Citius cum Welckero [4]) statuerim Orestem quarto tetralogiae loco actam esse, [5]) qua de fabula apud prioris argumenti auctorem est: *τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει καταστροφήν.* Item in altero ejusdem fabulae argumento habetur: *τὸ παρὸν δρᾶμά ἐστιν ἐκ τραγικοῦ κωμικόν* e. q. s. — Nec absonum mihi videtur, quod idem V. Cel. statuit, Euripidem plures tetralogias ita composuisse, ut ternae tragoediae a singulis fabulis exciperentur, quae Alcestidis instar ex rebus tragicis comicisque mixtae fuissent. Sed haec hactenus.

§. 33. Itaque jam demonstrasse mihi videor Alcestin nec tragoediam nec comoediam nec denique drama satyricum esse habendam. Sed qualis tandem fabula est? Haud incertus sum, quid respondeam. Quippe mira farrago est, quacum vix habeo quid comparem: fabula est, quae varie nos afficit; quae nunc lacrimas concitat, nunc risum movet, nunc propter personarum vitia male nos habet ac summopere offendit; quae a tragoedia, quae a comoedia, quae a dramate satyrico diversissima quaeque mutuatur, nec tamen ad ullum horum generum pertinet; quae modo cothurnum spirat, modo soccum redolet; quae nunc grande dicendi genus exhibet, nunc ad vulgarem prope sermonem descendit; quae denique id spectat, ut tragoediae dignitatem et comoediae lasciviam inter se conjungat et quasi reconciliet, sicque turbatam animorum aequitatem in integrum restituat. Vides igitur, benevole lector, quam insolenter Euripides in conscribenda hac fabula omnem et morem et legem neglexerit, quantumque sibi indulserit. Quanquam vix poetae id vitio verterim; nam, ut jam dixi, novum fabularum genus condere aut certe in re scenica aliquid novare in animo ei erat. Quod si tenemus, amplius mirari non possumus fabulae brevitatem, qua, exceptis Rheso ac Cyclope, ceteris Euripideis antecedit; non oeconomiae simplicitatem, qua duos tantummodo actores exigit; non sermonem pedestrem, ad quem neglecto cothurno poeta hic illic delabitur; non Herculis personam, quae satyricum quoddam spirat; non denique sexcentas minutias, quae a tragoedia quidem abhorrent, excusationem tamen habebunt, simulac non de cothurni granditate, sed de fabulae mixtae levitate cogitaveris. Jam si hac ratione fabulam interpretamur, omnes, ni fallor, difficultates statim evanescunt. Non graviter commovere, sed suaviter delectare, non misericordia ac metu percutere, sed hilaritate

---

1) Cf. O. Mueller ibid. Bd. 2. p. 39. — 2) Cap. I. §. 5. — 3) Vindicc. Rhes. trag. p. CXLII. — 4) Rhein. Mus. III, 508. — 5) Idem de Helena conjicit Duentzer, de Eur. Alc. Neue Jahrbb. etc. 5. Suppl.-Bd. p. 195 p. med. — p. 203.

ac laetitia perfundere spectatorum animos voluit poeta, ita tamen, ut sensim ac pedeter tragoediae severitate ad comoediae levitatem nos transduceret; quod, etiam si singula qu minus probantur, tamen in universum optime ei cessisse aeque judicantibus nobis aperte fitendum erit.

Caput quartum.

De personarum descriptione in Alcestide Euripidis exhibita.

§. 34. Postquam in antecedentibus de historia critica ac peculiari fabulae indole suimus, sequitur, ut de personis Apollinis, Orci, Alcestidis, Admeti, Herculis deinceps dis mus. Itaque, si placet, ab Apollinis et Orci proficiscamur, qui fabulam auspicantur: ille, p gum pronuncians; hic, mox in scena apparens cumque Apolline de Admeti uxore ardentis rixans. Nec probare possumus, quod Koechlyus arbitratur [1]), ne hos quidem ab eo, quod, cepta Alcestide, personae hujus fabulae ad unam omnes prae se ferant, a materialismo, vocant, alienos esse; immo in utroque manifesto eum elucere. Duo enim esse censet, quae totam fabulam appareant ac velut dominentur, ita tamen, ut inter se opposita sint et pug idealismum, cui una Alcestis addicta sit, et materialismum, cui ceteri indulgeant omnes. — igitur de Apolline Koechlyus? Alcestin (sic ille [2])) servare concupiscit; persuadere studet C ut dimittat; haud minus amplo funere anum elatum iri asseverat. En adspice, inquit, quod pu putum materialismum redolet! Nec minus redolere opinatur, quae Orcus respondeat: hu modi legem nemini ex usu fore nisi opulentis, quippe qui senectutem sibi redemturi essen Quibus argumentis tantum abest ut subscribamus, ut Koechlyum in odorandis „materiali indiciis omnem modum excessisse cum Rauchensteinio [3]) arbitremur. — Et ut tales argutias sas faciam (argutatur autem vir ingeniosissimus materialismum in iis odorando, quae nat cujusdam simplicitatis plena sunt), haec igitur ut missa faciam, minime illud dispicio, quid quod vitam, quae in Alcestide usque quaque summis laudibus effertur, tam vile bonum exist V. Cl., immo ad Junonem provocet, quae quum pios filios maximis afficere voluerit praei mortem iis attulerit. Quemadmodum autem omnino hujusmodi collationes vacillant et claudic ita haec Junonis commemoratio omnium minime apta est, quia haec nostra fabula et ipse thus, qui in ea tractatur, inque primis persona Admeti, tantum vitae amorem spirant, ut D tzer [4]), vir clarissimus, moralem fabulae sententiam illam esse putaret, n e m i n e m l i b e r m o r i [5]). Quid igitur? Per totam fabulam hic vitae amor regnat et dominatur; diligit v

---

1) Lit. Taschenb. Ed. Prutz. 1847. p. 367. 388: Dass dieser (der Materialismus) . . . sogar dem Ap und Thanatos nicht fremd ist, zeigte die Analyse. — 2) L. l. p. 367. — 3) Die Alc. des Eur. als bes. des griech. Dramas. p. 13 infr. al. — 4) Neue Jahrbb. für Phil. etc. 5. Suppl.-Bd. p. 196. — 5) Quant cavendum sit, ne tales i d e a e, quas vocant, poetis obtrudantur, documento est sententia Hoepffneri, qui pidem eo consilio Cyclopem conscripsisse statuit, ut v i n i a b u s u m p o t a t o r i m a x i m u m d e t r i m e n a f f e r r e doceret. Vid. ejus diss. de Cyclope in: Schlichthorst et Ruperti, neues Magazin für Schulle T. III. P. 2. p. 161 sqq.

Alcestis, etiam si Orco sese mactat; diligit Admetus, et mirifice quidem ille; diligunt Admeti parentes, propinqui, amici [1]). Quae quum ita sint, tenue munusculum ab Apolline Admeto delatum esse putabimus? Quod cave credas, siquidem res ipsa obloquitur. Rectissimeque Rauchensteinius monet [2]) vitam per se nisi finem bonorum, at certe bonum esse, quod servasse laus sit ne in tragoedia quidem contemnenda.

§. 35. Nec magis, quam Apollinis, Orci persona materialismo addicta est; durus est enim deus et inexorabilis ex communi veterum sententia: quem in consilio Alcestidis secum ducendae semel capto perstare non est quod miremur, quum praesertim jus suum adipisci studeat, nil amplius. Nam mortuorum imperium tenet, quibus si semel potitus esset, nullo pacto praedam dimittere putabatur. Orcum autem id unum agere, ut jus suum adipiscatur, luculenter apparet ex ejus verbis [3]):

— — τί σὺ τῇδε πολεῖς,
Φοῖβ'; ἀδικεῖς αὖ τιμὰς ἐνέρων
ἀφοριζόμενος καὶ καταπαύων.

Ubi igitur materialismus in ejus persona? Equidem ne umbram quidem ejus agnosco, nec magis hic agnosco, quam infra [4]), ubi Hercules haec:

— καί νιν εὑρήσειν δοκῶ
πίνοντα τύμβου πλησίον προσφαγμάτων.

En lepidam conjecturam, inquit Koechlyus [5]), quae acerrimum potorem et combibonem eximie decet! — At nonne prorsus consentaneum est, quod Alcides ait, deum prope tumulum dapibus frui sibi libatis? Itaque sententiam illam Koechlyi rejiciendam esse arbitror; immo totus hic Apollinis et Orci dialogus allegoricam potius vim habere mihi videtur. — Quid ita? — Videamus.

§. 36. In prologo Alcestidis inter se altercantur deque praeda certant Phoebus et Orcus. Φοῖβος autem, id quod jam merum nomen significat, lucis deus est, et, quae pulchra et praeclara cunque luci et calori debentur indeque redundant, ea imperio tenet; hucque imprimis pertinet haec hujus vitae jucunditas, qua, dum lucem aspicimus, laeti fruimur; quocum illud cohaeret, quod lucem tueri (τὸν ἥλιον βλέπειν) Graecis idem est ac si dicas in vivis esse. De qua re collata velim, quae egregie exposuit Preller [6]). Orcus contra in mortuos dominatur, in tenebrisque versatur et caligine; quo fit, ut, quemadmodum Apollo vitam ejusque dulcedines, ita obitum ille, et quae horrenda inde nascuntur, quasi repraesentet. Jam quid, quaeso, sibi vult, quod vitae ac mortis dii inter se concertantes in scena apparent? Res ipsa, opinor, loquitur. Pro marito se devovit Alcestis; moribunda jacet; animam agit. Nonne poeta id egisse necessario putandus est, ut, quid imminente morte illa senserit, quam vehementer laborarit, quantopere secum discordarit et a se ipsa dissederit, ante oculos nobis proponeret? De praeda quasi certant vita et mors; nescit mulier, utrius partes sequatur; modo huc, modo illuc fluc-

---

[1]) Cf. Koechlyus l. l. p. 379 infr. — [2]) L. l. p. 5 med. — [3]) Alcest. v. 29—31. — [4]) Ibid. v. 844. 845. — [5]) L. l. p. 381 infr. — [6]) Griech. Mythol. Tom. I. p. 151 sqq.

tuat; anxie haesitat: hinc Juventas ad fruendas voluptates invitat et allicit; illinc Orci hiant: hinc vita molliter ridet; illinc mors minitabunda instat: hinc amoenissima hujus suavitas blanditur; illinc caligo terret et umbrae. — Paullisper inter se dimicant irati dii, bus et Orcus; mox tamen controversia dirimitur. Decernit rem amor mariti; ille, ille serv erit; servari autem non poterit, nisi mortem oppetet uxor. Itaque vitae renunciat; postr solis jubar suspicit; omnia peracta sunt. — Vincit Mors; moestus scenam relinquit Apollo

§. 37. Hoc unum habeo, quod addam. Verum est, Euripidem paullo audacius egisse mortem, quasi persona esset, humana specie indutam et adeo loquentem induxerit; sed audacia inde quodammodo excusatur, quod in hac re poetae facem jam praetulerat Aesc quem plane simili modo in Promethei prologo Robur ac Vim (*Κράτος καὶ Βίαν*) loqu agentesque fecisse satis constat. Sed utut est, certe non subscripserim sententiae Johnsoni hanc Mortis inductionem absurdam esse disertis verbis declarat [1]). Immo probe tenendum Euripidem Graecum fuisse, Graecos autem in universum pro nimia quadam, qua difflue cogitationis ubertate et luxuria in hujusmodi personarum fictionibus audacissime esse vers — Accedit, quod *Θάνατος* ille neutiquam mera, quam vocant, abstracta idea est, immo G nonnusquam ut „daemonem" eum venerabantur [2]). Velut Spartae ejus sacrarium erat, ub Plutarcho fides habenda est, nec aliis corporis animive affectibus, ut v. c. Metui Risuique, craria deerant, tanquam verae vivaeque personae essent [3]). Vides igitur, candide lector, qu que audaciae Graeci in fingendis personis processerint. Quid igitur mirum, si Euripides fabella, eaque nova et insolita, id ipsum personam esse finxit, quod Lacedaemonii vel di honoribus coluisse dicuntur? — Itaque Euripidem in fingenda Orci persona omnem modum cessisse aut, si diis placet, inepte fecisse nullus dixerim. Quippe spectatores Athenienses hu modi fictionibus satis assuefacti erant; praeterea id potissimum egit poeta, ut nova profer et quae auditoribus inexspectata essent et necopinata; denique tota fabula ex tot tamque in litis rebus conflata est, ut mirum mirae fabulae prologum mirari vix liceat.

§. 38. Sequitur, ut de Alcestide videamus. Quae quod a ceterorum nequitia et insulsi abhorret, non est quidem cur impense admiremur; sed quod maxime piam, quod omni ca sui amore vacuam, quod apprime generosam se praebet, causa est, cur ejus persona cothu dignissima esse videatur; ex quo fit, ut ne Koechlyus quidem, qui non sine magna dicaci ceteras fabulae personas cavillatur, Alcestidis personam tragoedia indignam ducat, quin exim ejus sublimitati justum pretium statuat. Neque Koechlyum, quae ejus sagacitas est, fefellit, u potissimum tanta gravitas ad Alcestidis personam redundet. Nimirum inde oritur, quod pri persona cum ceteris mirum quantum discrepat, et ita discrepat, ut, quod propter raram in sitatem dicam, anne pravitatem? horum dignitati decedit, id auctius transferatur in uxor

---

[1]) Collect. poett. Anglic. Gotting. 1784. Tom. I. p. 98: In the Prometheus of Aeschylus we see Viole and Strength, in the Alcestis of Euripides we see Death brought upon the stage, all as active persons of drame: but no precedents can justify absurdity. — [2]) Cf. Preller, Gr. Mythol. Tom. I. p. 525. [3]) Plut. Clem. 9: *ἔστι δὲ Λακεδαιμονίοις οὐ Φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ Θανάτου καὶ Γέλω καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων, ἱερά.*

Admeti. Itaque oppositionem quandam poeta adhibuit, qua ceteras personas haud minus extenuaret deque earum dignitate detraheret, quam Alcestin eximie ornaret et, ut ita dicam, speciem ei adderet. Et haec quidem oppositio, si Koechlyum audis, in eo posita est, quod quemadmodum Alcestis idealismo, quem vocant, ita ceterae personae materialismo plane indulgent[1]). Quae quam vere dixerit vir ingeniosissimus, neminem fallit[2]). Nam caecum sui amorem ostendit Admetus, ostendit senex ejus pater, ostendit denique Hercules, qui corpori adeo servit, ut nihil nisi voluptaria quaerat, ac ventre omnia metiri videatur.

§. 39. Quaemadmodum igitur luce clarius apparet, ex discrepantia, quae inter Alcestin atque ceteras personas intercedat, haud mediocrem gloriam ad illam redundare: ita facile intelligitur, quam praepostere judicaverit Firnhaber, qui discrepantiam illam nisi plane deletam, at certe satis imminutam voluerit. Quid enim ille? Nempe ab Admeto omnem amovet culpam; ignaro Admeto Alcestin se devovisse statuit. At non solum, id quod supra[3]) demonstravimus, res ipsa ac verba poetae huic sententiae plane refragantur, sed etiam, si res ita esset, ut ait V. Cl., de Alcestidis dignitate et generositate mirum quantum detraheretur. Fac enim, Alcestin clam Admeto ad mortem se obtulisse. Quod si statuimus, Admeti culpa magna ex parte diluitur; neque enim uxorem ad devotionem impulisse amplius putandus est. Itaque tollitur, quae nunc est, egregia illa discrepantia, quae inter Alcestidis fortitudinem et Admeti ignaviam intercedit; tollitur, ut Koechlyi verbis utar, oppositio, qua idealismus Alcestidis et materialismus Admeti praeclare inter se discrepant. At nonne sic, quaeso, Euripides vineta sua caedit? Nonne ita Alcestidis persona id ipsum amittit, unde eximia laus ad eam redundat? — Immo sic potius de tota re existimandum est. Admetus, mortis formidine agitatus, propinquos suos deinceps rogarat, ut pro ipso mortem obirent; sed, proh dolor! nequidquam rogarat. Frustra patrem, frustra matrem, frustra ceteros imploraverat; renuerant omnes. In mediis his rerum difficultatibus inque summis angustiis ad uxorem sese convertit homo misellus; ab ea petit, ut sibi opituletur; nec diu cunctatur praeclara mulier, sed ejus precibus prolixo animo indulget. Qua in re non is sum, qui diffitear, poetam, quum fabulae oeconomiam ita institueret, de Admeti gloria tantumdem detraxisse, quantum ad Alcestidis laudem addiderit; immo fateor, si quis meram tragoediam de Alcestide conscribere velit, ei Firnhaberum esse consulendum; idem tamen contendo, ut Euripidem, quum fabulam suam conscriberet, de tragoedia componenda ne cogitasse quidem taceam, — contendo, inquam, eximium Alcestidis nostrae decus inde nasci, quod ab Admeto ad devotionem incitetur, nec ultro eam polliceatur. Quid? quod hac ipsa ratione muliebre ejus ingenium praeclare elucet. Sed de hac re strictim exponere juvat.

---

1) L. l. p. 371. 388. — 2) Haec pugnare videntur cum iis, quae disputavit Rauchensteinius p. 4. Nam si verum esset, quod statuit V. Cl., eam fabulam, in qua inter se opponantur, qui idealismo, et qui materialismo indulgeant, necessario comoediam esse habendam, Alcestin comoediam esse protinus largiremur, quippe quae oppositione ista neutiquam careat. At non ita est. Neque enim, si quis materialismo indulget aut sibi suisve commodis cetera omnia postponit, statim comica persona esse putandus est. Nec, ut jam supra dixi, quod Schlegelius ait: „Die komischen Personen sind ausgemachte Egoisten" e contrario ita valet, ut, quicunque nihil nisi se suaque commoda curent, eos omnes comicas personas esse statuendum sit. Hinc sequitur, Admetum, Pheretem, Herculem, etiam si materialismo indulgeant, tamen non statim comicas esse personas. Quod si concedas, alterum illud efficitur, nec ipsam fabulam comoediam esse habendam. — 3) Cap. III. §. 26.

§. 40. Fingamus enim, Alcestin mariti desideria praevenisse subitoque consilio a ita vis, celeri animi motu pro eo mortem occumbere constituisse; item ponamus, Eurip mythum suum, quem vocant, in hunc modum immutasse. Quid vero? Nonne tale quid potius decet, et eos fortissimos? Nonne Antigonas potius, nonne Macarias, et si quae aliae quas ut masculas aut viragines poetae celebrarunt? Scilicet mulierum est quiescere et pat certe tum demum agere, ubi necessitas urget; virorum contra est et viraginum non occasi agendi exspectare, sed ultro res aggredi nec alieno impulsu agere. Ad prius autem illud g pertinet Alcestis nostra. Neque enim masculum ejus ingenium est[1]); non sua sponte agit; temere alienis rebus sese immiscet. Immovero quam mitem, quam placidam, quam patie eam esse dicamus! Initio quiescit et patitur; incredibilem dolorem capit ex immatura, q putat, conjugis morte; lacrimas reprimit, atque silet. Tum demum, ubi ceteri omnes vitae d tionem detrectarunt, neque conjux ipse precibus eam adire amplius veretur[2]), in verba e pit, et ad mortem oppetendam paratam se esse disertis verbis profitetur. Quid? quod vel ejus splendor augescit, quod ceteri precibus Admeti desunt, haec una morigeratur. Na statim ab initio vitam suam Admeto se condonaturam esse ultro pollicita fuisset, cetero recusatio omnino non locum habuisset: unde facile vides quid sequatur. Quippe ea ipsa caruisset Alcestis, unde, ut nunc res se habet, ejus dignitas magnopere augetur et cre comparationem dico, qua inter se conferuntur Admeti uxor ceterique ejus propinqui: ex fit, ut, quo ignaviores ac suarum rerum cupidiores hi sese praebent, eo majore gloria Alce dis generositas eluceat et exsplendescat. Nemo est, quin ad Admeti preces aures claudat; ipsis parentibus repulsam fert; sola conjux pietatem ac fidem praestat, lubentique animo juv tam, venustatem, fortunas suas, omnino omnem hanc hujus vitae suavitatem ac dulcedinem condonat.

§. 41. Haec hactenus. Venio ad Admetum, cujus indolem tribus verbis ita describ possis, ut a suo ipsius nomine plane eum dissidere dicas. Tantum enim abest, ut cupidit suas domet et frangat, ut ipse earum dominationem ferat turpissimumque jugum facile accip Ejusque vitiis, quibus foedissimis scatet, tam parum velamenta quaerere studemus, ut Wiel dis, Koechlyis, Rauchensteiniis, qui satis ea propinarunt, paucis exceptis adstipulemur. universum autem abjectum sese praebet homullum; nam apprime timidus, ignavus, imbecil omnino is est, quem fortitudine generosoque animo mirum quantum praestet uxor[3]). Vix e erit, puto, qui infitietur, quod supra demonstravimus[4]), Alcestin haud inscio marito Orco s mactasse, immo Admetum ipsum ad devotionem eam compulisse, suoque jure Pheretem ἄψυχ ei exprobrare[5]), quam eandem antiquitus jam reprehendit Valerius Maximus[6]). Sed ne i hos quidem nequitiae cancellos misellus homo sese continuit: accedit crimen impietatis,

---

[1]) Plane aliter Duentzerus judicat, qui Alcestin mulierem fortissimam et perquam virilem vocat. Neue Jahrbb. etc. 5. Suppl.-Bd. p. 197 med. — [2]) Qua in re nec illud negligendum est, apud veteres fem omnino non eo numero fuisse locove, ut mulierem morti obtulisse turpissimum sibi esse arbitrarentur. Q quam ut in tragoedia non nimis id urserim. — [3]) Cf. Duentzer, de Eur. Alc. in: Neue Jahrbb. etc. 5. Su Bd. p. 198 supr. — [4]) Cap. III. §. 26. — [5]) Alcest. v. 694 sqq. Pfl. — [6]) IV, 6, 1.

tanquam foedissima labe turpiter contaminatus est. Nam quid, quaeso, de eo dicamus, qui, ut ignavus est, mortem summopere reformidat, idem tamen, quo vitio ipse laborat, id crimini dat iis, quibuscum arctissimis consanguinitatis vinculis conjunctus est? Sic vero fit, ut ne umbram quidem misericordiae spectatoribus concitare possit, et idem ille, qui miseriarum quasi tempestate ac fluctu miro modo jactatur, doloremque iterum ac tertio in lacrimas effundit, spectatoribus vix unam lacrumulam excutiat. Ceterum cave credas, quod Glumius dicit, Admetum comicam esse personam; neque enim, ut supra jam diximus [1]), is, qui sibi dumtaxat suisque commodis prospicit, statim persona comica habendus erit. Quid? quod Admeti persona despicatui potius est; taedium idemque bilem nobis movet homuncio iste, qui sciens prudensque suam ipsius uxorem morti offerre non veretur, videlicet ut se ipsum servet. Quae quum ita sint, omnia ista splendida, quae profert, verba impedire non possunt, quin ejus fidei statim ab initio plane diffidamus, pessimeque de eo opinemur. Nec dolorem Admeti recte descripsit poeta, id quod olim jam adverterat Wagner [2]); quem si in tragoedia aliqua eodem modo descripsisset, in vituperationem incidisset, nec eam levem. Sed quia semel hunc locum tetigi, pauca de eo addere juvat.

§. 42. Quid enim de orationibus istis judicemus, quas uxorem lamentans cum putida gravitate rex Pheraeus recitat? Nonne frigidissimae sunt et calamistris nimis inustae? Nonne omnino eae, ex quibus omnem ejus luctum atque dolorem fictum esse facile quis concludere possit? Etenim speciem quandam in dicendo ac pompam adhibet, si quis dolorem simulat. En cur Shakspearius, id quod nec Wagnerum fugit [3]), fictum Macbethi dolorem ita depinxerit, ut ingentem verborum inanium turbam blaterantem eum faceret. At Macbethi dolor plane simulatus est, ut dixi; Admeti non item. Unde sequitur Admeti personam longe alia ratione describendam fuisse atque Macbethi. Non palam ejulare, sed tacitus dolori indulgere, non misere lamentari, sed silens moerere debebat Admetus; nam sic demum misericordia nostra dignus fuisset. Quicunque enim vere dolet, dolorem suum non tam velut in fronte inscriptum prae se fert palamve ostentat, quam in intimos animi recessus et, ut ita dicam, latebras cum verecundia quadam abscondit; sincerus moeror mutus est, omnemque ostentationem et jactationem cum fastidio spernit. Quod quum Graecos Romanosque nequaquam falleret, factum est, ut, sicubi veteres poetae et artifices moerentem hominem depingere vellent, eum velarent statuaque taciturniorem redderent. Huc pertinet, quod apud Phaeaces velatus sedet Ulixes Demodocum audiens de Troja canentem [4]); pertinet, quod Iris ab Jove missa dolentem Priamum vestibus obvolutum reperit [5]); pertinet, quod Timanthes pictor eumque secutus Euripides [6]) Agamemnonem, qui Iphigeniae immolationi adest, velatum fingunt, quoniam, ut Ciceronis verbis utar [7]), summum illum luctum penicillo stilove imitari non possunt. Ab hac tacita quidem, sed admirabili doloris professione quam vehementer Admeti garrulitatem, quam mirifice tumidam ejus atque inflatam ora-

---

[1]) Cap. IV. §. 38. not. — [2]) Edit. Alcest. p. 15. — [3]) Edit. Alcest. p. 15. — [4]) Odyss. VIII, 84 sqq. — [5]) Iliad. XXIV, 162. — [6]) Iph. Aulid. v. 1539 Firnh. — cf. Excurs. Firnh. ad h. l. Ibid. p. 283 sqq. — [7]) Orat. 22. extr. — Praeterea cf. Plat. Phaedr. 237. a. — Xenoph. Sympos. I, 14. — Gell. noctt. Att. XIX, 9, 10. — Lange in: Jahnii Jahrbb. für Phil. u. Paedag. VIII, 3. p. 316 sqq. — Nitzsch ad Odyss. VIII, 84.

tionem differre dicamus! Quanquam propterea Euripidem non ita reprehenderim, quippe q in fabula mixta multa sibi sumere posset, quibus poetae tragico utique abstinendum fuisset.

§. 43. Ceterum, ne hoc taceam, in cavillanda Admeti persona hic illic nimius mihi videtur Wielandus. Sic v. c. locum illum, ubi de statua Alcestidi ponenda loquitur Admet ultra jus et fas exagitat, qua in re ejus vestigia pressit Koechlyus[2]); neque magis seq loco[3]) pepercit ille, ubi Admetus Orphei artem expetit, quippe ut mortuam conjugem in v revocare possit. Certe nos, ut ingenue fateamur, fere totam hanc orationem et per se pulc rimam et vel poeta tragico dignissimam habemus, nec dubitamus, quin miro modo animos commoveret, modo totam oeconomiam aliter instituisset Euripides. Noli tamen ideo reprehen insontem poetam, quod sic instituerit, atque tot tantasque veneres sectatus sit ad fabulam e nandam, quae sexcenties ad nugas ineptiasque, ne dicam ad socci scurrilitatem descendat. Ne enim, quemadmodum iterum ac saepius dixi, meram tragoediam conscribere in animo ei e Accusandos vero eos puto, qui omnia pariter condemnent et cavillentur, nec iis quidem parc quae procul dubio egregie et cogitata et verbis expressa sunt, neque id alia de causa, q quia ipsa persona, quae loquitur, tragoediae minus accommodata est. Nec minus falluntur, Alcestin, quoniam tragoedia non est, puram putam comoediam esse volunt. Nam multa in jacent inter soccum atque cothurnum, diligenterque cavendum est, ne quis fabulam, quae mi tragica est, comoediam, aut e contrario, quae minus comica, statim tragoediam esse existim

§. 44. His in transcursu commemoratis redeo ad Admetum. Atque omnem ejus insu tas modum excedit, ubi Pheres senex Alcestidis exsequias comitaturus prodit cumque Adm rixam contrahit, quae nescio an magis impia et nefanda, quam ridicula sit[4]). Nam quod Du tzerus ait[5]), totam hanc scenam ridiculam esse, paullo lenius judicasse mihi videtur. Mihi q dem iterum ac tertio eam perlegenti in mentem venit scena ista Shakspeariana[6]), in qua Laer et Hamletus supra Opheliae tumulum inter se rixantur; qua de re nonnulli critici poetam veh menter accusarunt. Ceterum tenendum est Hamletum non reapse quidem insanire, at ce furorem simulare, Admetum contra plane sui compotem esse, quamvis insanum eum esse fac tibi persuadeas[7]). Nam quid, quaeso, tam foedum et inauditum, quam filium naturalem pat consolationes insolenter rejicere? rejecit; contumeliosis verbis eum increpare? increpuit; ira deorum in parentum capita detestari? detestatus est[8]). Et quae tandem est causa hujus impi

---

[1]) Alcest. v. 348—356. — [2]) Literarhist. Tasch. Ed. Prutz. 1847. p. 372 infr. — [3]) Alcest. v. 357—36 — [4]) Iterum documento est hic dialogus, quam parum constans certumve humanum judicium sit: pleriq enim aut facetiis eam perstrinxerunt aut vehementer vituperarunt; nonnulli, inque iis Wagner l. l. p. 20, e cusare conati sunt; unus Wakefieldius (quis credat?) hanc scenam utroque pollice laudat, et perquam admi bilem, quin omni numero perfectam ducit. Cf. Wagner l. l. p. 16 supr. — [5]) Neue Jahrbb. für Phil. u. Pa 5. Suppl.-Bd. p. 198 infr.: Ridicula, si quid aliud, Admeti cum patre lis est. — [6]) Hamlet. Act. V. Scen. I. [7]) Cf. Wieland, über d. Eur. Alcest. Sämmtl. Werke. Tom. 35. p. 163 (nov. edit.): Man muss gesteh'n, we die Absicht des Dichters war, durch das Betragen des Admet gegen seinen alten Vater den Gedanken in u zu erwecken, dass ihn der Schmerz über Alcestens Verlust rasend gemacht habe, so hat er seine Absic vollkommen erreicht. — [8]) Cf. Wagner, de Alcest. Eur. comment. p. 20. 26. — Agnoscit ille raram Adm impietatem, quam tamen frustra excusare studet.

tatis, quae unicuique nauseam non facere non potest? Nempe Pheres non is est, qui pro Admeto caput suum devovere velit. Qua in re non urgere in animo est ejus rusticitatem, qua patris misericordiam atque dona respuit (v. 629 sqq.); non fatuitatem, ex qua fit, ut eandem ignaviam, qua ipse mori recusat, grandaevo patri exprobret (v. 642); non denique impudentiam, qua legitimum Admeti filium se esse dubitat (v. 636 sqq., 641): sed ab omni non pietate solum, sed natura recedere putandus est, si quis, ut ait Wielandus, patrem hoc modo tractat. Profecto tota ratio, qua Pheres et Admetus in scena ista se invicem objurgant, non tam bilem quam taedium movet, et hic quidem aures nostras eo magis violat maleque habet, quo magis ejus verba dedecent eum, qui generosam uxorem elaturus est. Ne multa, non possumus quin Admetum, cui jam ab initio auditores parum favisse necesse est, post hanc scenam insulsam ac nefariam prorsus aversemur. Nec latet, cur sic existimemus. Nititur enim judicium nostrum impietate Admeti, qua patrem increpat eo ipso tempore, quo uxoris corpus terrae redditurus est; nititur odio ejus in Pheretem, quod omni justa caret ratione; nititur denique ignavia ejus ac formidine, qua ne carissima quidem Orco mactare veretur. Hanc suam nequitiam cumulo auget Admetus, ubi eo usque procedit, ut iram deorum in capita parentum detestetur.

§. 45. Verum quidem est, nec alibi hujusmodi scenas deesse. At tantum abest, ut insulsitate ac foeditate hanc nostram aequiparent, ut singularia artis rhetoricae specimina esse videantur, quapropter cum orationibus forensibus haud inepte eas compares [1]). Et Euripides, si quis alius, is est, qui in fabulis artem suam rhetoricam prae se ferre amet, ex quo fit, ut ejus personae quamlibet concertandi occasionem avidissime arripiant. At quam longe discrepat teterrimum istud jurgium, in quo vix mica salis inest, a subtilibus illis et salsis orationibus, quae quanquam nec ipsi tragoediae satis conveniunt, tamen non tantum miro modo delectant, sed etiam artificiose et eleganter compositae sunt! Quae quum ita sint, vix perspici potest, quomodo Brumoeus et Firnhaber [2]) a se impetrarint, ut Alcestidis auctorem in hac causa serio defenderent. — Id unum restat, unde, si qua est, excusationem quandam putidissimae huic scenae petere possis, quod poeta, quippe qui animos spectatorum a severitate ad hilaritatem risumque sensim traducere voluerit, post tragicam fabulae commissionem pedetentim et gradatim a cothurni granditate ad socci scurrilitatem descendere debuerit. Hinc igitur factum esse dicas, ut scenam istam poeta admiscuerit, qua ad sequentia joca inque primis ad ridiculas Herculis ineptias quasi transitum voluerit sibi parare. Quanquam ne sic quidem puerilia ista Admeti Pheretisque deliramenta ita excusantur, ut ab omni reprehensione absint.

§. 46. Restat, ut de Hercule dicamus. De quo tamen priusquam accuratius explicabo, in universum de eo praefari non pigrabor. Atque primum illud tenendum est, tantum abesse, ut in ejus persona, qualis in historia fabulari compareat, nihil sit mixtum atque concretum, ut ex diversissimis quibusque conflata esse videatur. Neque enim, quaecunque apud mythographos poetasve nunc de Hercule scripta legimus, ea statim ab initio ad unum eundemque pertinuisse credibile est; immo, quae de pluribus narrabantur, sensim ac pedetentim in unum quasi coales-

---

1) Cf. Rauchenstein. l. l. p. 12. 13. — 2) Zeitschr. f. Alt. 1837. p. 419. 420.

cebant et ita inter se confundebantur, ut, quum semel ad unum Herculem referri coepta es mox, unde singula originem traxissent, parum liqueret [1]). Quae quum ita sint, Herculis pe nam haud inepte centonem undique consutum dicas, eumque ita consarcinatum, ut modo l modo illinc veluti pannos decerperent, decerptos colligerent, collectos in unum Herculem tr ferrent. — Nam vide, sis, quis qualisque sit Alcides ille fabulosus. In universum enim praeclarum heroem se praebet, ita ut summum virtutis, fortitudinis, generositatis specimen dat; aut ad rusticitatem, ad intemperantiam, ad insulsitatem ita descendit, ut eundem vi ne vix quidem agnoscas. Itaque quasi duplex Herculis persona statuenda erit: altera supra mines est, ultraque res humanas longe egreditur; altera homine multo est inferior, et ad s rorum similitudinem accedit. Utramque vero per se a re scenica abhorrere sponte apparet.

§. 47. Huc accedit aliud vitium, quod Herculis personae ita inhaeret, ut scenae dici vix queat [2]). Nam deest ei constantia quaedam aut, ut ita dicam, unitas; deest illud ὁμα quod vocat Aristoteles [3]); deest certa quaedam et immutabilis indoles, qua neutiquam ca potest persona tragica. Miro modo Alcides fluctuat inter serium et jocum, inter tristem sev tatem frivolamque licentiam, inter cothurni dignitatem et socci levitatem, ut unus et idem ha vix possit. Nunc bellatorem agit, ut fortis, nunc Omphales servum, ut perdite amans, n denique satyrorum combibonem congerronemque, ut levis et dissolutus esse videatur. Quae igitur unquam in ulla persona tanta varietas? varietatem dico? nescio, an potius farragin dicere possim. Neque id mirum, quoniam mythus, quem vocant, Herculanus, ut supra jam d ex tot tamque diversis fabulis, quae initio ad plures pertinerent, undique conflatus esse vide Quae quum ita sint, quam parum Herculis personam tragoediae competere dicamus!

§. 48. Nihilo tamen secius fuere, qui Amphitryoniadam e tragoedia exsulare nollent Et ut taceam deperditas fabulas, in quibus ejus personam comparuisse scimus, ad quas v. Athamas στεφανοφορῶν Sophoclis, Prometheus λυόμενος Aeschyli, Hercules παραφόρος E charmi [5]), aliae pertinent, — ut has igitur taceam, satis habeo de iis commemorare, quas etia nunc in manibus habemus. Itaque in censum veniunt: Sophoclis Philoctetes, Trachiniae; Eu pidis Hercules furens, Alcestis. Nam, quae Aeschylea ad haec tempora pervenerunt, in Hercules exstat nullus. Quibus si Senecae Herculem Oetaeum addere velis, nil moror, quanqu hoc quidem loco de vilissimo opere fusius disserere piget. Quod qui Scaliger, Barnesius [6]), tantis laudibus ornare potuerint, non assequor. Has igitur, quas dixi, fabulas excutiamus vid musque, quid in iis de Hercule duumviri fecerint.

§. 49. Et quod ad Philoctetam attinet, in fine hujus fabulae divus Alcides, utpote cui ex machina partes poeta dederit, in θεολογείῳ apparet catastrophae auctor; idque suo ju

[1]) Cf. Cic. de natur. deorr. III, 16: „Quamquam, quem potissimum Herculem colamus, scire sane vel plures enim tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur et reconditas literas." — Qu quod Varro quadraginta quatuor numerat. — [2]) Cf. Duentzer, de Eur. Alc. Neue Jahrbb. für Phil. 5. Suppl.-Bd. p. 199: Herculem — minime tragoediae convenire facillime patet. — [3]) Poet. c. XV. — [4]) Qu largam v. c. παρῳδοῖς illis, quos vocant, Herculis persona materiam praebuerit, testis est Eichstadius dram. Graecc. com.-satyr. p. 53 supr. — [5]) Cf. Preller, Gr. Mythol. To. 2. p. 125. — [6]) Vid. Eur. Musgr. Beck. Tom. II, p. 282.

